GREGORII NYSSENI OPERA

AUXILIO ALIORUM VIRORUM DOCTORUM
EDENDA CURAVERUNT

WERNERUS JAEGER †
HERMANNUS LANGERBECK †

VOLUMEN IX



LEIDEN
E. J. BRILL
1967

SERMONES

PARS I

EDIDERUNT

GUNTERUS HEIL
ADRIANUS VAN HECK
ERNESTUS GEBHARDT
ANDREAS SPIRA



LEIDEN
E. J. BRILL
1967

PRINTED IN THE NETHERLANDS

IN MEMORIAM

Iterum orbati sumus, lector, iterum maeremus. qui Wernero Jaeger mortuo huic editioni parandae praeerat, Gregorii fautor fidelis, praeceptor noster benevolus, Hermannus Langerbeck, diem supremum obiit anno Domini MCMLXIV. ad huius viri memoriam, quae nostris in mentibus haeret semperque haerebit, tuum quoque animum revocare velimus. iam eum ex volumine sexto, quo Gregorii In Canticum commentarios protulit, editorem doctissimum cognovisti, eum insuper a Wernero Jaeger magnam totius operis partem vel sibi ipsi vel discipulis suis tractandam suscepisse in praefationibus legisti. quam saepe Wernerum Jaeger, huius editionis parentem clarissimum, dicentem audivi se nihil de hoc opere perficiendo potuisse sperare, nisi talem sibi socium et adiutorem invenisset. illustris ille vir cum post magnum bellum fines nostros, unde plus decem annis ante excesserat, reviseret, Gregorii operum curas atque cogitationes secum portavit. accepit eum discipulus eo commotus gaudio, quo nemo afficitur nisi qui multos annos in patria sua humanitatem desideravit. laetus ille curarum aliquantum delegavit, hic munus amplexus est grato animo studioque ardenti. nemo certe reperiri potuit aptior, qui tantam molem tanto cum amore sustineret. Hermannus enim Langerbeck cum magistri exemplum secutus tum suo ipsius ingenio impulsus ad Gregorium, virum vere christianum et vere eruditum, novas vias aperuit eundemque sibi scriptorem invenit, cuius theologiam mysticam mirabili vi rationis exquirere, cuius ad τὸ ἀόριστόν τε καὶ ἀπερίληπτον τῆς θεότητος peregrinationes inauditas summo desiderio investigare non desiit. sic Gregorii opera tractavit indefessus labore. libros edendos arte critica vigilanter

percensuit, fontes unde Gregorius hauserit quosque in sua transformaverit, prudens et acutus eruit, memoriam librorum et impressorum et manu scriptorum usque ad vetustissimos illos Syriacos indagavit, indices denique omnium verborum locorumque ut instrumentum interpretationi futurae necessarium coepit componere. quo autem ipse progrediebatur, eo discipulos suos procedere cupiebat. quid mirum igitur, si eis non pares quidem vires sed tamen humanitatem et litterarum amorem similem iniecit, ut huius editionis participes fierent. quos ille ad Wernerum Jaeger deduxit, summa cura instituit, omni tempore auxit opera et consilio. nos autem quibus eo vivo fructus uberrimos capere licuit, nunc quae magister in nobis effecit profiteri, quae reliquit pro viribus nostris debemus complere, eo magis quod ille, ut erat bello graviter laesus viginti per annos corpore debilis, mirabilia perfecit sed non omnia quae susceperat consequi potuit. cuius inter opera et hoc volumen, quod totum fere ab eo promotum aut recensitum est, et quae volumina eius auspiciis inchoata sequentur, si modo digna sint, numerare velis.

Scripsi iussu condiscipulorum

Francofurti ad Moenum vere anni MCMLXVII

Hadwiga Hörner

MONITUM

Usque ad Werneri Jaeger decessum haec editio tota in curatione Instituti pro studiis classicis Harvardiani fuit; deinde Herberto Bloch, professore Harvardiano, intercedente subsidia ex stipe Bollingensi, qua Novi Eboraci studia humanitatis promoventur, adiuncta sunt. Hermanno autem Langerbeck procuratore ita convenit, ut impensae ad editionem conficiendam et ad indices parandos necessariae dividerentur. ex quo tempore voluminibus III 2, IV, VII 2, IX proferendis Institutum Harvardianum stipe Bollingensi auctum auxilio esse perseverabat, volumini X, supplemento, indicibus praeparandis Collegium patristicum ab Academiis Gottingensi, Heidelbergensi, Moguntina, Monacensi institutum opem ferebat. quae hac ratione constituta sunt, nunc eadem valent. post mortem Hermanni Langerbeck volumen X, supplementum, indices Henricus Dörrie socius Collegii patristici, volumina III 2, IV, IX Hadwiga Hörner mandatu Instituti Harvardiani procurat edenda. volumen VII 2 Ioannes F. Callahan sibi ipse, ut antea, curae habet. qui libri omnes Lugduni Batavorum apud E. J. Brill typis exscribentur, cui officinae sumptum et laborem magnum in hoc opus impendenti merita gratia debetur. summae autem grates stipis Bollingensis curatoribus habentur, quod largiores opes ad hoc volumen emittendum liberalissime contulerunt.

H. H.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR

DE MORTUIS

EDIDIT

GUNTERUS HEIL

PRAEFATIO

In Sancti Gregorii Nysseni de mortuis oratione edenda testimonio triginta duorum codicum lucis arte depictorum nixus sum idque eo modo, ut sedecim ab initio usque ad finem contulerim, hac in re me iuvantibus Anonymo Wilamowitzii (in conferendis SF MKOL) Bertha Stenzel (ΛG) Georgio Pasquali et W. Solmitz (P) Ernesto vero Gebhardt in codicibus iterum perscrutandis, sedecim adhibuerim codicum specimina satis ampla. duo accedunt codices, qui non nisi excerptum orationis continent. de tam multis libris manuscriptis ut quam brevissime absolvam, non repetam, quae iam in aliorum editorum praefationibus dicta sunt.

Qui mihi innotuerunt codices, in duo genera discedunt, alterum, quod complures familias suo quamque modo ad archetypum redeuntes comprehendit, alterum, quod quamvis ipsum in nonnullas familias discedat, multis tamen erroribus communibus unam classem efficit.

DE GENERE PRIMO

Vatic. gr. 1907 = S

Vatic. gr. 1433 = Z

Ad primum genus pertinent codices Vaticanus gr. 1907 chartaceus, saeculi XII/XIII, quem descripsit ante ceteros Nysseni editores W. Jaeger in vol. II^2 p. XXXVIII sq (continet ille De mortuis orationem ff. 85r-88v), eiusque apographon codex Vaticanus gr. 1433 membranaceus saeculi XIII, qui textum codicis S ff. 234r-246v eum in modum ad verbum repetit, ut maluerim perpaucos locos, quibus ab S abhorret quam quibus cum S congruit, indicare: p. 42,20 κατ' ἀρχὴν SZ (sed corr in κατ' ἀρχάς); p. 37, 17-18 μὴ post εἰ sscr ead

man S: om Z cum aliis; p. 48, 5 ἐπεὶ sed ead man sscr δὴ S, ἐπεὶ Z. p. 61,24 ὅταν SZ (sed corr in ὅτι). ceterae lectiones Z aut oculi errore aut auris aut ex usu scribendi oriri potuerunt. nil obstat, quin pro apographo codicis S fortasse ad alios codices correcto habeatur. itaque ad eius lectiones confirmandas Z usus sum. alius fructus ex eo non capitur. deest ergo in apparatu critico.

Lond. Mus. Brit. 16 D I = Λ

Tertius illius generis testis exstat codex Musei Britannici Old Royal 16 D I membranaceus saeculi XII, de quo cf. vol. VIII, 1 pp. 99, 231; vol. V, p. 211 sq, vol. VII, 1 p. VII. De mortuis exstat ff. 162r-173v. adiciam exempla, quibus SZΛ artissimo cognationis vinculo coniunctos esse apparet: p. 30, 4 ὁ om SZΛ; p. 32, 11 συνέχουσα post ἑαυτῇ coll SZ, post βιαίως Λ. in exemplari συνέχουσα supra βιαίως ἐν ἑαυτῇ scriptum esse videtur; p. 32, 22 ἐστιν ἀγαθὸν: ἀγαθόν ἐστιν SZΛ; p. 32, 24 φύσει: κρίσει falso SZΛ cum ε; p. 33, 3 ἀντικαθεστηκότων: ἀνθεστηκότων SZΛ; p. 35, 1 ὕφεσις recte fortasse e coniectura SZΛ: ἔλλειψις t v φύσις cett falso; p. 35, 9 ἀλλ' add SZΛ; p. 37, 5 πᾶσαν om SZΛ; p. 38, 14 οὖν: γὰρ SZΛ; p. 43, 16 συνίσταται: συνανιᾶται SZΛ; p. 45, 9 ἐρεῖδον: διερεῖδον SZΛ; p. 47, 21 ἐφαπτομένη: ἐπαφωμένη exquisite SZΛ; p. 49, 8 τοῦ om SZΛ; p. 53, 17 ποιὰ SZΛ O² recte: ποιοῦ cett v; p. 54, 3 τε om SZΛ; p. 54, 13 ἠβουλήθη SZΛ; p. 54, 23 τὴν alter om SZΛ; p. 56, 14 τοὺς alter om SZΛ; p. 58, 19 οἴκων recte SZΛ (et F corr, β) item p. 58, 27 cum Fπγ; p. 63,15 καταλειφθῇ SZΛ: καταλειφθείη cett v; p. 67, 20 ὑπέκκαυμα: ὑπέκλυμα Λ ἐπέκλυμα SZ scil e litt Λ et A confusis, unde S et Λ e codice maiusculis litteris scripto fluxisse apparet. cuius quidem indolem et in his perspici licet, ubi SZ et Λ discrepant. erroribus ad neglegentiam librarii redeuntibus omissis haec sunt maioris momenti: p. 28, 13 καὶ μὴ . . . αἱρεῖσθαι SZ cett, corr in αἱρῆται καὶ μὴ e coniectura Λ; p. 30, 21 βλαπτικὸς: μαλακτικὸς SZ e coniectura; p. 34, 18 sq τῆς . . . γνωριζομένων ὑπεξαιρέσεως Λ alii: τῆς . . . γνωριζομένης ὑπεξαιρέσεως SZ pessum dederunt; p. 38, 1 τυχόν: λοιπόν inepte Λ solus; p. 38, 1, ἐκβαλλομένοις: ἐκβεβλημένοις Λ coniecturam sapit; p. 39, 19 πνεῦμα: οὐ πάχος e glossa ut vid recep SZ soli; p. 41, 13 τι προσήκει: τι haplographia litterarum TIΠ om SZ soli; p. 41, 9 θεασάμενοι: θεασάμενος Λ solus falso (C cum I confuso); p. 43, 7 ἰδίας: ἑκάστου SZ e glossa vel coniectura; p. 43, 2 ἀλλοφύλῳ: ἀλλοτρίῳ e glossa supra scripta recepit Λ ut vid; p. 47, 8 ἐκείνῳ supra ὅτι in exemplari scriptum Λ pro varia lectione habuit, ὅτι reiecit; p. 48, 14 λήροις: λείοις SZ falso litteris HP male cognitis; p. 49, 18 τροφῇ in lectionem tritiorem mutavit Λ; p. 50, 10 θάλπους: θέρους SZ soli aut e glossa aut e coniectura; p. 50, 21 προδείξαντος: προσρήξαντος SZ commode coniec; p. 50, 15 εὐθυτενής: εὐθυγενής Λ solus litteris T et Γ confusis; p. 50, 23 ὑποτρεφόμενος SZ ὑποτρεφόμενα falso Λ mendum exemplaris fideliter conservans; p. 51, 25 νεότης: κυρτότης coniec facetissime ex alia loci interpretatione SZ; p. 58, 14 γινομένων: γεννωμένων SZ cum Pε fort coniecerunt pro γενομένων ut videtur; p. 60, 3 τὰ αὐτὰ: τὰ τοιαῦτα SZ soli fortasse e coniectura; p. 61, 23-24 κόρῳ ἐπικοπτόμενον non intellecto mutav coniectura probabilissima in κόρον ἐπικτώμενον SZ; simili ratione p. 65, 8-9 pro ἐν ἐπιθυμίᾳ λυόμενον praebent ἐπιθυμίᾳ φλεγόμενον SZ, p. 68, 3 pro ἐφ' ᾧτε scripserunt illud magis tritum ἐφ' ᾧ SZ; 66, 5 SZ haud scio an sua ratione pro ceterorum εἰκὸς exhibent ἀπεικὸς; p. 67, 5 antiquissimam corruptelam ἡδονὴν recte in ἀρετὴν emendaverunt SZ. haec atque quae p. 19 sqq afferam satis sint, quibus Λ memoriam huius familiae fidelius servare, S vero eiusque apographon Z recensionem a viro docto curatam aut esse aut repraesentare demonstretur. sed et Λ hic illic bonis coniecturis excellit, cf. p. 28, 12, 13, 16; 38, 12.

Ambros. C 135 inf = M

Nunc transeamus ad familiam trium codicum antiquorum, cuius princeps notissimus est codex Ambrosianus Mediolanensis C 135 inferior saeculi XI ineuntis ab alia manu M^2 brevi postquam scriptus est, correctus. continet De mortuis ff. 86r-104v. videamus, qua ratione M^2 scriptum mutaverit: p. 36, 9 τοῦ καλοῦ M^2 sec SΛFGJ β Barπy: καλοῦ M cum OP aliis; p. 53, 8 αὐτῇ M cum O eiusque grege JGz, corr in ἑαυτῇ M^2 sec SΛβπy. p. 53, 19 ἐκαλλωπίζετο M cum cett: corr in ἐνεκαλλωπίζετο M^2 quod est in S solo; p. 55, 24 διακρίνοιτο M cum cett, corr M^2 in διακρίνοι sec ΛJβ; p. 64, 17 σκευαζούσης M cum JO eiusque stirpe, corr in μετασκευαζούσης M^2 sec SΛβπy alios; p. 65, 12 ἐκκείμενον M et OLPε z, corr in ἐγκείμενον M^2 sec SΛJβπy eorumque cognatos; p. 66, 9 γινόμενοι M cum O eiusque cognatis et Jβπy, corr in γενόμενοι M^2 sec SΛ aliosque. nemo non intelleget M e memoria stirpis O textum recepisse, M^2 vero correxisse secundum memoriam generis primi. et in his K et W semper cum M^2 congruunt.

Marc. Ven. gr. 67 = K
Vindob. theol. gr. 42 = W

K autem est codex Venetianus Marcianus 67 saeculi XI, nota bene eiusdem atque M; De mortuis exstat ff. 43r-56r. simillimus Ambrosiano vel potius eius apographon, ut ait Jaeger vol. VIII 1 p. 25 et 108, est codex Vindobonensis theol. gr. 42 saeculi XII membranaceus De mortuis ff. 118v-130r exhibens. quos cum M^2 proximo cognationis vinculo cohaerere paucis locis allatis demonstrari puto: p. 31, 15 post εἴτε add τι M^2KW β Bar; p. 31, 17 καὶ ὡς recte M^2KW cum ΛF: ὡς β Bar καὶ cett v; p. 30, 4 φύσεως recte M^2KWF β Bar JB: κρίσεως cett v falso e voce κρίσιν ortum, error fortasse antiquissimae aetatis; p. 32, 14 παραλαμβάνει: παραλαμβάνοι M^2 (corr ex -νει) KW cum β η y sx; p. 36, 9 αἰσθητηρίων: αἰσθητῶν M^2KW cum β Bar; p. 38, 8 λειοειδεῖ: coniec ἡλιοειδεῖ M^2KW; p. 56, 4 βουλεύσεται: μεταβουλεύσεται M^2KW cum Λ; p. 56, 11 ἑκουσίου: καθαρσίου M^2KW

(fort e l. 6 irrept) σαρκίου βz^2, lacuna in J; p. 60, 3 post ἔχει add πρὸς M^2KW; p. 64, 19 προκειμένων: ἀποκείμενον M^2KW et β. cf. et vol. III, 1 p. XV; VIII, 1 p. 112 et 222; VII, 1 p. IX. quae cum ita sint, K substitui, ubi M deficit. perditus enim est unus quaternio, qui continuerat 38, 20 βίου — 50, 19 ὑπεζωσμένην. sunt autem loci a correctore recentioris aetatis (M^3) emendati in Ambrosiano, quos alio atramenti colore facile cognoveris; p. 37, 3 γεωπόνων corr in γεηπόνων M^3; p. 61, 6 εἰ corr in ἂν M^3; p. 66, 19 τῇ . . . φωνῇ corr in τὴν . . . φωνὴν M^3; p. 66, 24 ἡμῖν corr in ὑμῖν M^3; p. 68, 24 παρακαλέσει et στηρίξει corr in παρακαλέσαι et στηρίξαι M^3. neque K neque W in his cum Ambrosiano consentiunt.

Vatic. gr. 444 = β
Oxon. Barocc. 27 = Bar
Paris. gr. 503 = π

Non longe a M^2 stant, ut ex exemplis supra p. 6 allatis apparet, codex Vaticanus gr. 444, quem iam Jaeger descripsit vol. VIII, 1 p. 106, chartaceus saeculi XIV (De mortuis continet ff. 204r-209r) eiusque gemellus codex Oxoniensis Baroccianus 27 saeculi XIV, is quoque a Jaegero tractatus vol. VIII, 1 p. 104 et 146 sqq (De mortuis legitur ff. 276v-282r). in eadem classe atque codd β Bar numerandus esse videtur codex Parisinus gr. 503 saeculi XIV nitidissime exaratus, cuius Jaeger vol. VIII, 1 p. 99, Virg. Woods Callahan ibid. p. 360, Herb. Musurillo VII, 1 p. VII mentionem fecerunt. continet De mortuis ff. 211r-223v. at quod a β Bar hic illic differt, ne miremur. nam eadem quae videtur, etsi scribendi genus aliquantulo differt, manus lectionum varietatem indicavit vel correcturas addidit: p. 34, 6 ἀληθῶς: ἀληθοῦς π in mg adscr γρ ἀληθῶς; p. 35, 6 ἀναγκαίων: ἐναντίων π et Λ Bar z, in mg adscr γρ ἀναγκαίων; p. 60, 8 ὁ . . . βῶλος π supra ὁ add ἡ; p. 62, 7 sq οἰκείαν ἀχειροποίητον: in mg adscr γρ οἰκίαν ἀχειροποίητον; p. 66, 5 οὐδὲ γὰρ εἰκός ἐστιν π, in mg adscr γρ οὐδὲ γὰρ ἀπεικός ἐστιν quod praebent SZv; 53, 25 demum ἴσως εἶναι variam lectionem textui immixtam praebet. ubi

vero duo genera librorum de quibus disputabo p. 19 sqq discedunt, π, ut est a viro docto conscriptus, saepius cum SΛ eorumque propinquis, rarius cum OP et cett facit idque hac ratione, ut manifesta vitia aut coniecturas ullius familiae non exhibeat, hic illic tamen corruptelas veteres servaverit. in textu constituendo e π nihil fructus capimus. itaque in apparatum non recepi.

Multis locis hi tres soli ab omnibus ceteris discrepant: p. 28, 17 ἀμείνω: ἀληθῆ β Bar (-θεῖ); p. 32, 2 ἀπογινομένου: ἀπογεινομένου β, quem scilicet errorem exemplaris in peius vertit Bar ἀποτεινομένου; p. 32, 4-5 δι' ἡσυχίας om β Bar; p. 35, 6 δὲ: τε β Bar; p. 35, 14 ἐκλέγουσα: συλλέγουσα β Bar π; p. 36, 13 γίνεται om β Bar; p. 37, 11 εἰρηνικῆς om β Bar; p. 35, 1 ὕφεσις: λεῖψις β (corr e λῆψις) Bar π. neque autem β ab Bar vel Bar a β descriptum esse erroribus aut β aut Bar propriis apparet: p. 32, 9 βιαίως τε καὶ κατηναγκασμένως om Bar; p. 33, 10 ἡ πλήρωσις — εἶναι (11) om Bar; p. 35, 20 glossam cum textu inepte conflavit: παραιτεῖται: ἢ οὐ προαιρεῖται ἢ ὑφαιρεῖται. τὸ γὰρ προαιρεῖται οὐ νοεῖται καλῶς. προαιρεῖται Bar et π. p. 32, 13 ὕπνον: ὅπλον Bar ex ὕπλον, quod exemplar proclivi in litteris maiusculis errore praebuerat, male correxisse videtur. β vero p. 35, 11 post ταλαιπωρίας add ἀλλὰ πάντων τούτων; p. 35, 14 οὐ—ἀσχολουμένη om cum Gz; p. 37, 13 post ἐκ add τῆς. Sunt ergo β Bar π eadem stirpe scil exculta suo quisque modo prognati.

Vind. theol. gr. 35 = J — Lond. Mus. Brit. 16D XI = B

Accedunt Vindobonensis theol. gr. 35, chartaceus saec. XIII De mortuis ff. 8v-12r exhibens et Musei Britannici Old Royal 16 D XI chartaceus saeculi XVI, uterque ante alios editores a Jaegero vol. VIII, 1 p. 36 sq enarratus. B, qui De mortuis ff. 311v sqq continet, textum J tam fideliter repetit, ut ab J descriptus esse videatur. cf eandem tituli formam τοῦ αὐτοῦ λόγος περὶ τῶν κεκοιμημένων praebent soli JB; p. 31, 7 πᾶσιν om JB soli, p. 31, 15 ταύτης om JB soli, item p. 33, 1 om τὸ τοιοῦτον, p. 33, 3 om ἐκ τοῦ ἐναντίου, p. 34, 6 ἀληθῶς om JB soli; p. 35, 17 post κυριότης add πλοῦτος JB; p. 36, 8 τῶν: τῆς falso JB; p. 36, 22 οὐ: μὴ JB; J semper pro τοίνυν scripsit οὖν sequente B, at B ab J abhorret p. 32, 19 τοίνυν: οὖν solus J.

Sed J, quem codicem Jaeger demonstravit vol. VIII, 1 p. 36 ad domusionem scriptum nonnullorum operum textum decurtatum (e.g. libelli de vita Macrinae) praebere, etiam hic e diversis exemplaribus sua lege textum conflasse suspicor. nam ubi a memoria SΛM[2] differt, in alterius generis codicum OP eorumque asseclae errores incidit. taceo de locis aut iam antiquitus lectionum varietate infectis aut quemcumque scribam ad errorem illicientibus. neque β autem meram prodit memoriam. apparet enim e p. 38, 12, ubi β lectionem suam ἐνταχθέντες in margine corrigens scripsit γρ -τεχθέντες et p. 63, 23 sq ubi ὁ τόκος οὗτος β sed in margine scr γρ ὁ τοιοῦτος τόκος, β vel eius exemplar e variis fontibus hausisse.

Satis tamen constat ex exemplis p. 6 sqq et infra p. 19 allatis omnes quinque codices, de quibus iam disputavi, ab eadem stirpe prognatos esse atque M[2], stirpem dico et glossis et variis lectionibus infectam, quam praecipue illustrat locus 56, 11: ἑκουσίου π cett: σαρκίου β z[2], καθαρσίου M[2] lacuna in J.

Vatic. gr. 2066 = F

Indolis propriae est codex Vaticanus gr 2066 membranaceus litteris uncialibus in Graecia fortasse Constantinopoli scriptus saeculi IX vel X, de quo iam Jaeger (Traditio V p. 79 sqq) V. W. Callahan vol. VIII 1 p. 355 J. McDonough vol. V p. 6 egerunt. et is cum SΛM[2] facit neque cum genere OPG in falsis consentit. cf. praeter illa p. 6 et 19 sqq allata e.g. p. 37, 14 παρασκευασθείη FSZΛ: -θῇ cett v; p. 39, 11 περιποιοῦνται: ποιοῦνται recte F SZΛ Jβ; p. 40, 18 τρέψαντας: τρέψαντα F SZy; p. 58, 27 οἰκιῶν cett v: οἴκων F cum SZΛβy (vide

app cr); p. 68, 2 ἐνετεκτήνατο: ἐτεκτήνατο FΛ. neque tamen hanc memoriam fideliter servavit, sed modo locis antiquitus errore corruptis aut dubiis ad OP cett accedit modo textum ita mutavit, ut editio in usum monachorum curata videatur. nam haud dubito, quin ad rem dogmaticam spectet, quod p. 28, 7 pro νοερὸν καὶ ἀσώματον praebet ἀπαθῆ καὶ ἀθάνατον; p. 34, 15 pro μέτεισιν (scil. in vitam beatam) ἡ ἀνθρωπίνη ψυχή scripsit: μέτεισιν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις; p. 35, 22 ἄϋλον: ἄπονον; p. 35, 22 pro τὸ διακρατοῦν τῆς ψυχῆς τὴν ὑπόστασιν praebet τὸ διακρατοῦν τὴν ἡμετέραν ὑπόστασιν (scil ne quis animam sine corpore resurgere putet); p. 37, 11 ψυχῶν δήμῳ: μεταστάντων δήμῳ F; p. 37, 19 συναποδυσάμενος τὴν ἡδονήν τε καὶ τὴν λύπην μετὰ τοῦ σώματος: συναπ. τὴν ἡδονὴν μετὰ τῆς λύπης F. locum Origenem spirantem p. 56, 21 sqq effugit, cum pro p. 42, 7—p. 58, 2 hunc textum decurtatum a ceterorum memoria longe diversum contineat (verba distinxi, menda non correxi neque interpunct. mutavi): f 140r ἀλλὰ παντι τῷ δῆλον ὅτι τὸ περὶ τὰς ἡδονὰς ἐσπουδακέναι. οὐ καλόν· σιτίων φημὶ καὶ ποτῶν καὶ ἱματίων καλλοπισμοῖς καὶ ὑποδημάτων· καὶ οὔπω λέγω τὰς ἀνδραποδεστέρας ἐπιθυμίας ἢ φόβους· ὄχλον παρεχοῦσας τῇ ψυχῇ καὶ ἐμποδιζοῦσας πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ κατανόησιν· ἐὰν γάρ τις καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ κρίσει κοινονὸν (ω sscr ead m) συμπαραλαμβάνει· πολὺ ταληθοὺς ἀποπέσοι οἷόν τι λέγω· ἆρα ἔχει ἀλήθειάν τινα βεβαίαν. ὄψις τε καὶ ἀκοὴ (corr ex -ῆ) ἐν εαυτῇ f 140v αἱ τοῦ σώματος ἀκραιφνεῖς καταλήψεις· ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις· καὶ γὰρ ὅτ' ἂν πόρρω που τοῦ βλεπομένου ἢ λαλοῦντος ἐστῶτες τυγχάνομεν. οὔτε ὁρῶμεν ἀκριβῶς οὔτε ἀκούομεν· εἰ δε αὗται τῶν περὶ τὸ σῶμα αἰσθήσεων οὐκ εἰσὶν ἀκριβεῖς πάνοι οὐδε σαφεῖς. σχολῇ αἵ γε ἄλλαι· πᾶσαι γὰρ τούτων (corr ead m) φαυλότεραι· τότε δὲ μάλιστα καλῶς λογιζόμεθα περί τινος. οὐχ ὅτ' ἂν ἡμᾶς ἕν τι τούτων παρομαρτῇ· οὔτε ἀκοή· οὔτε ὅρασις· οὔτέ τις ἀλγηδῶν· οὔτε μία τῶν ἡδονῶν. ἀλλ'

ὅτ' ἂν μάλιστα αὐτὴ ἡμῶν ἡ ψυχὴ καθαυτὴν γένηται· ἐῶσα χαίριν τὸ σῶμα· καὶ καθόσον δύναται μὴ κοινωνοῦσα αὐτὸ μὴ δ' ἁπτομένη· ἀλλὰ τὴν πρὸς αὐτὸ ἄκαιρον φιλίαν ἀπορρήξασα. ὀρέγεται τοῦ ὄντος· πότε δὲ μᾶλλον ὄντως ἐλευθέρα γνωρήζεται· δῆλον ὅτι μετὰ τὴν τοῦ σώματος ἔξοδον· μετὰ γὰρ τὸν θάνατον πάσης πλάνης ἀπαλλαγῆσα· καὶ πάσης ἀνάγκης σωματικῆς ἐκτὸς γενομένη· ἀκριβῶς ὁρᾶν τὰ ὑπερ νοῦν θεάματα δύναται· καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐνηχεῖσθαι λόγων. ἃ οὐκ εξὸν γλώσση λαλεῖν κατὰ τὴν τοῦ ἀποστόλου μαρτυρίαν· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο. δυοῖν θάτερον ἡμῖν πρόκειται· ἢ οὐδαμοῦ ἔστιν κτήσασθαι τὸ τὴν ἀλήθειαν τρανῶς εἰδέναι. ἢ μάλιστα τελευτήσασιν· διότι μυρίας ἡμῖν ἀσχολίας παρέχει τὸ σῶμα ὡς ἔφημεν· διά τε τὴν ἀναγκαίαν τροφήν. καὶ τὰς πρὸσπιπτοῦσας νόσους· καὶ τὴν τῶν ἐρώτων ὁμήγυριν· καὶ τῶν πανταδαπῶν εἰδώλων ἀγέλην. αἳ κωλυτικαὶ τυγχάνουσιν τῆς τοῦ ἀρχετύπου ἐξομοιώσεως· μὴ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι. οὐ θεμητόν (ο corr ex alia litt)· εἰ δε ταῦτα ἀληθῆ ἀποδέδεικται· οὐ δυσχεραίνειν ἡμᾶς προσήκει ἐπὶ τῇ διαστάσει τῶν συνήθων· ἀλλὰ μᾶλλον εὐθυμεῖν. ὅτι τῶν ἐκ τοῦ σώματος πάντων ἐλευθερωθέντες θλίψεων. καθαρῶς / f 141r μᾶλλον ἐνοπτρίζονται τοῦ θείου καὶ ἀκηράτου κάλλους. μηδενὸς ἔτι τοῦ ἀνθέλκοντος ἐνυπάρχοντος· μάταιον τοίνυν δέδεικται διὰ τῶν εἰρημένων τὸ δυσμενῶς ἔχειν πρὸς τὸν θάνατον. καὶ ἀπαύστως ὀλοφύρεσθαι ἐπὶ τῇ τῶν γνωρίμων ἀποδημία· δοκεῖ δέ μοι μικρὸν καὶ πρὸς τοὺς τὸ σῶμα κακίζοντας διαλεχθῆναι. καὶ οὕτως εἰς πέρας τὸν λόγον ἀγαγεῖν· τί γὰρ ἄν τις ἐρεῖ δυσχεραίνων πρὸς τὴν παροῦσαν ζωήν· ἵνα τί ἡ σάρξ καὶ ἀντι τίνος ἡμῖν. εἴπερ ἄμεινον ὁ μετὰ ταῦτα βίος. ὡς ἀπεδείχθη τῷ λόγῳ· πρὸς ὃν ἐροῦμεν ὅτι οὐ μικρόν ἐστιν οὐδε τὸ ἐκ ταύτης κέρδος τοῖς δυναμένοις ἐπ' ἀγαθῷ χρήσασθαι τὴν ταύτης ὑπηρεσίαν. praeterea p. 62, 4 usque ad 66, 20 paucis verbis praeteriit. errores ex itazismo qui dicitur orti, ν ante κ scriptum e.g. ἔνκειται, accentus aut falso aut omnino non positi signa aetatis remotae sunt. itaque F, etsi numquam solus verum servavit

neque semper lectiones meliores sequitur, certe ad eruendam indolem memoriam archetypi satis confert, ut in apparatum recipiatur. continet ille De mortuis ff. 134v-143v.

DE GENERE OPG

Hoc genus vel potius classis, quae certis lineis quasi definiri potest et a SΛ ceterisque quos supra memoravi discrepat, in has familias divisa est:

Familia I

Monac. gr. 370 = O
Vatic. gr. 450 = L
Matrit. 4864 = Ma
Monac. gr. 107 = ω

Agmen ducit codex Monacensis gr. 370 saeculi X, de quo Jaeger egit vol. VIII, 1 p. 114. exhibet De mortuis ff. 80r-106v. ab eo nullus descriptus est. O enim p. 31, 9 quinque verba omisit, quae in ceteris inveniuntur. proxime autem cognati ei sunt codex Vaticanus gr. 450 saeculi X/XI fortasse Constantinopoli in illo celeberrimo monasterio Studii exaratus (cf. G. Garitte, Muséon 1943, p. 47 sq) qui continet De mortuis ff. 381v-405r, (laudatus est a Wernero Jaeger vol. VIII, 1 p. 123) et Matritensis 4864 saec. XVI infimae notae. De mortuis exstat ff. 130r-147r (de quo cf. Jaeger vol. VIII, 1 p. 120), nec non Monacensis gr. 107 saeculi XVI, de cuius forma atque indole vol. VIII, 1 p. 116 actum est. De mortuis legitur ff. 71 sqq. et L et Ma et ω eum in modum cum O congruunt, ut paene inutiles videantur. cuius rei exempla infra p. 19 sq cognosces.

Vat.gr. Pii II 4 = P
Ambros. Q 14 sup = H
Vat. gr. 445 = ε

Simili cognationis vinculo cum O coniuncti sunt codices tres codex Vaticanus graecus Pii II, 4 saeculi XI De mortuis ff. 123v-144v continens, de quo cf. vol. VIII 1 p. 120 sq, eiusque apographa codex Ambrosianus rg. Q 14 sup. saeculi XV a me usque ad p. 39, 18 collatus De mortuis ff. 293r sqq exhibens et Vaticanus gr. 445 saeculi XVI a Jaegero vol. VIII, 1 p. 122 memoratus; exstat De mortuis ff. 53v-62v. quae ratio inter eos intercedat, J. P.

Carnavos vol. VIII, 1 p. 219 disseruit. nullum ex his in apparatum recepi, quamquam P perpaucis locis ab O discrepat. sunt vero ii loci iam ab antiquissimis temporibus aut corrupti aut variis lectionibus infecti. manus recentior textum P correxit exemplari generis S adhibito. utriusque rei exempla leges p. 21 sqq.

Paris. gr. 586 = Δ, δ
Berol. gr.Phil. 1471 = w
Paris. gr. 585 = D

Hic nominari debet etiam codex Parisinus gr. 586 saeculi XVI, qui continet orationem De mortuis bis ab eadem manu sed varia textus forma scriptam, primam a f. 66r (Δ), alteram a f. 177 v (δ). specimina a p. 28 usque ad p. 41, 6 textus Δ, ad p. 40, 11 textus δ contuli. codex scriptus est a viro docto (cf Jaeger vol. VIII, 1 p. 118), qui lectiones varias signo γρ adposito in margine Δ adnotavit (Δ^2). δ altera manus (δ^2) correxit. exemplar investigasse mihi videor si non utriusque at certe textus Δ. ad verbum enim congruit cum codice Berolinensi gr. Phil. 1471 saeculi XVI, in quo De mortuis ff. 117v sqq exstat, et nisi fallor, auctor Δ Berolinensem describens multis locis correxit, ubi meliora sive aliunde eruerat sive invenerat coniectura (w^2). nam scriptae sunt correcturae stilo et ductu simillimo Δ. cuius rei priusquam exempla afferam, quartum testem dabo, quo memoria WΔ δ adfirmetur, codicem dico Parisinum gr. 585 chartaceum saeculi XVI iam a Wernero Jaeger vol. VIII 1 p. 117 nec non a Friderico Müller vol. III, 1 p. XVIII laudatum, et ipsum ad alterum exemplar correctum signo γρ adposito. contuli imagines phototypicas a pagina 28 ad 41, 19 i.e. folia 53r-58r. uno loco WΔδD a memoria OP aberraverunt p. 33, 26 οὐ omisso. alium non inveni, ubi omnes ab OP discrepant. quae vero ratio inter wΔ et δD intercesserit plenius enarrare placet. titulum τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς κοιμηθέντας praebent wD: omiserunt Δδ; p. 28, 12 κρίσει δD: βρίσει wΔ (sed corr); p. 29, 13 ἀκρισία wδD recte: ἀκρισίαν Δ (sed corr); p. 32, 3 συνεστηκότος δD: -κότως falso wΔ (sed corr); p. 32, 4

σώματος om sed add in mg w^2Δδ; p. 32, 6 sq τῇ γῇ—κατάλληλον om w (add in mg w^2)Δ; p. 32, 13 ταύτης om w (add in mg w^2) Δ; p. 32, 20 τὸ νπρορρηθέντα δD recte: τῶν προρρηθέντων wΔ (sed corr); p. 33, 1 τὸ alter δD recte: τοῦ w (corr in mg w^2) Δ (sed corr); p. 33, 3 ἀντικαθεστηκότων δD recte: καθεστηκότων w Δ (sed corr); p. 34, 1 εἴη: ᾖ w Δ (sed add in mg εἴη); p. 34, 9 ἄμεσος w Δ recte: ἀμέσως D (sed add in mg γρ. ἀ . . . cetera in phototypia legere non potui) δ cum MK aliisque; p. 34, 14 τοῦτο: τούτῳ D δ (sed add in mg γρ . . cetera in phototypia legere non potui) cum OM aliis; p. 36, 10 ἐν om wΔ (sed signum :|: inser); p. 36, 24 οἷοι δD recte: οἷον w Δ (corr in mg); p. 38, 1 ἐκβαλλομένοις: ἐκκαλομένοις w ἐκκαλουμένοις Δ (sed corr in ἐκβαλομένοις) p. 38, 16 ἐλεεινῇ: ἐλεινῇ w Δ (sed corr); p. 39, 17 τοῖς: αὐτοῖς w Δ (sed corr); p. 40, 8 φθειρομένου — τὸ om w (add in mg w^2) Δ (sed add in mg). quibus probatur, δ D w ex eodem fonte hausisse, w plura quam δD negligentia perdidisse et a librario Δ nescio an secundum commune exemplar esse correctum. cum vero in nullo ex his varia lectio exstet, quae non in codicibus antiquioribus inveniatur, isti quattuor ex apparatu reiciendi erant.

Familia II

Athous Iviron β 26 = G Monac. gr. 466 = z

Eiusdem generis sunt duo codices antiqui, Athous Iviron β 26 saeculi XI nitide litteris minusculis exaratus De mortuis ff. 72r-92r continens et Monacensis gr. 466 saeculi XII in quo De mortuis ff. 156r-178v exstat. est vero z multum aqua corruptus, sed litteras deletas eodem scripturae genere restituit manus, quae multos simul errores correxit (z^2). corrector ille doctus p. 50, 22 supra κόμην scripsit κόκκον. p. 54, 17 textum ab ἤτοι usque ad μένῃ p. 57, 7 (ff. 171r-172v) lineis obliquis delendum significavit. addidit in mg ⁜ ζήτει τοῦτο τὸ σημεῖον μετὰ φύλλα δύο καὶ ἐκεῖτεν (sic) ἄρξαι. infra scrip-

sit eadem manus † ἰστέον ὅτι τὸ μεταξὺ τοῦτο κομμάτιον τὸ ἐν τοῖς δυσὶ τούτοις φύλλοις ἀλλότριόν ἐστι παντελῶς καὶ τοῦ λόγου καὶ τῆς ὀρθῆς τοῦ ἁγίου δόξης. τέλος γὰρ δογματίζει κολάσεως καὶ ἔστι προσθήκη τῶν τὰ Ὠριγένους φρονούντων, διὸ καὶ ἐν ἑτέροις βιβλίοις τοῖς ὀρθῶς τε καὶ ἀνοθεύτως ἔχουσιν οὐχ εὕρηται τοῦτο. καὶ διὰ τοῦτο καὶ παρ' ἡμῶν ἐντεῦθεν ἐκβέβληται ὡς αἱρετικῶν δόγμα καὶ συκοφαντίας κατὰ τοῦ ἁγίου. sequitur scholium in mg inf alterius manus: ἐν ἄλλῳ βιβλίῳ ἀναπτύξας καὶ καλῶς ἐξετάσας εὗρον ὅτι τὰ παρόντα δύο φύλλα καλῶς γεγραμμένως καὶ ἀνοθεύτως εἰσὶ πλὴν ἔν τισι χωρίοις, οἷς ἐσημείωσα καὶ ἀπέβαλον ὡς αἱρετικῶν φληναφείας. διὰ τοῦτο ὁ ἐντυγχάνων ἀπὸ τοῦ νῦν ἀναγινωσκέτω χωρὶς τινὸς ἀμφιβολίας μηδὲν ἐνδοιάζων σκοπῶν τὰ πρὸ ἐμοῦ ἐξητάσματα. ἴσως γὰρ ὁ μακαρίτης ἐκεῖνος ὁ σημειώσας οὐκ ἐνέτυχε θεασάσθαι τὸν παρόντα λόγον ἐγγράφως ἐν ἄλλῳ βιβλίῳ καὶ μὴ φέρων τὴν ἔκφυλον δόξαν, ἣν προσέθεσάν τινες κακόδοξοι κατὰ τοῦ ἁγίου καὶ τῆς ὀρθῆς δόξης τῶν χριστιανῶν, ἀπέβαλε μέρος καὶ τὰ καλῶς εἰρημένα παρὰ τοῦ ἁγίου, ἐν οἷς ὑπῆρχον ἀναμεταξὺ αἱ παραχρήσεις τῶν κακοδόξων τῶν ληρωδούντων εἶναί ποτε τέλος κολάσεως. et profecto nonnullos locos lineis transversis delevit: p. 54, 19-20 ἢ μετὰ — χωνείας; p. 56, 6-7 μὴ τοῦ — ἀποκαθήραντος (post 6 θειότητος sententiam punctis conclusit addens in mg: στίξον τελείως ὧδε); p. 56, 21-22 τῶν δὲ — ἀποβαλλόντων. quae verba manus ut videtur tertia primum supra lineam restituere coepit, deinde in mg ext non sine erroribus repetivit, postremo in mg inf hoc modo scripsit τῶν δὲ διὰ τῆς στενοτέρας ἀγωγῆς (expunx στεν. ἀγ. et sscr ὕστερον μεταμελείας) ἐν τῷ καθαρσίῳ τῶν δακρύων καὶ (sscr τῷ) τῆς μετανοίας βαπτίσματι ἀποβαλλόντων. correcturas in textu ipso factas praetereo. at non neglegenda est manus vetus, quae in mg ext scripsit ad p. 56, 6 sqq τοῦ(?) ἀλλ . . (?) et infra καθάρσιον πῦρ οὐκ οἶδεν ἡ γραφὴ σαφέστατόν μοι ἀλλὰ τιμωρητικόν· τῆς

ὡριγένους ληρῳδίας τὸ τοιοῦτον πῦρ, et ad p. 57, 2 sqq τοῦ (?) ἀλλ.. (?) et infra ὀψὲ καὶ μόλις ἐξήμεσε τὸ ἀνόητον δόγμα τῆς ὡριγενιακῆς ἀποκαταστάσεως ἀντιλέγων ..... (scil nomen alicuius orthodoxi) αἰώνιον τὴν κόλασιν τῶν ἁμαρτωλῶν φάσκοντι. hanc manum ceteris vetustiorem esse facile cognoscitur. nam supra vocem δόγμα corrector ille, de quo supra p. 14 dixi, signum ⋕ pinxit. hoc modo dubitaverunt posteri de Gregorii orthodoxia, qua de re cf. Photii bibl cod 233 et J. Danielou, Gnomon 36, 1964, 40. et in M et in O scholia exstant.

Sed transeamus ad naturam et indolem codicum Gz demonstrandam. ubique fere cum O eiusque cognatis contra SΛ faciunt, cuius rei infra p. 19 sqq exempla afferam. restat, ut quo modo inter se coniuncti sint, proferam. sunt enim his lectiones communes contra ceteros: p. 35, 14 οὐ—ἀσχολουμένη om Gz cum β; p. 43, 8 ἐγκεκραμένοις Gz cum J; p. 44, 1 post καὶ add διὰ Gz; p. 44, 14 εἰς ὀστέου φύσιν: εἰς ὀστέον Gz cum J; p. 45, 4 φόβου ἄξιον: βίου ἀνάξιον Gz cum J; p. 45, 18 ἐπὶ μόνου: ἀπόνου Gz cum y; p. 45, 20 μόνην τὴν om Gz; p. 48, 5 περὶ om Gz cum J; p. 63, 23 ἐκυήσαμεν recte Gz cum y Ma, om J fortasse quod denuo deliberare, qua de causa exemplar a LXX abhorreret, sibi proposuerat; p. 64, 22 γὰρ om Gz. tamen z ex G descriptum esse non putamus. p. 59, 15-17 enim ἵνα — πορίζονται om G et multis aliis locis G ab z discrepat. inde z a codice exemplari codicis G propinquo prognatum esse apparet. cum autem praeter correcturas vel coniecturas doctas nihil novi memoriae afferat, eum ex apparatu seclusi.

Simili ratione cum classe OP coniunctus est codex
Vin- Vindobonensis 239 saeculi XV chartaceus foliis 153^v-157^v
dob. initium orationis De mortuis usque ad p. 33, 19 ἀλλὰ καὶ
theol. continens, diligenter scriptus.
gr. 239 Vaticanus vero Urbinas gr. 10 saeculi XVII negli-
= r gentius ex editione Morelliana descriptus est, ut

Vatic. Langerbeck in fine praefationis in Cant Cant demon-
Urbin. stravit vol. VI p. LX. inest De mortuis ff. 170v sqq.
gr. 10 qui codices cum et minimae notae sint et aetatis recen-
= t tissimae, neutrum in apparatu adnotavi.

DE GENERE MIXTO

Monac. Iam dicendum est de quinque codicibus, qui pro-
gr. 192 prium gregem efficiunt. sunt ii codex Monacensis
= y gr. 192 saeculi XIII De mortuis ff. 281r-300v con-
Monac. tinens eiusque asseclae Monacensis gr. 23 anno 1552
gr. 23 scriptus (De mortuis inest ff. 1 r sqq), quem Jaeger
= η apographon Veneti Marciani 67 K esse putavit cf. vol.
VIII, 1 p. 158 sq, cui equidem in hoc libro assentiri non
Matrit. possum cf. exempla infra p. 19 sqq allata, nec non Matri-
4750 tensis 4750 saeculi XVI in quo continetur De mortuis
= x ff. 27r sqq, Matritensis 4852 saeculi XVI De mortuis
Matrit. ff. 189r sqq exhibens, Oxoniensis Auctuarii F 1,1 eiusdem
4852 saeculi. exstat De mortuis ff. 404 sqq. quos erroribus
= j communibus inter se coniunctos esse his exemplis
Oxon. elucet: p. 28, 18 ἐξορισθείη: ἐξωσθείη y η x j s et SZ;
Auct. p. 29, 4 post ἐν add τῷ y η x j s; p. 29, 12 τό: τοῦ y η x j s;
F 1, 1 p. 29, 18 τῷ j cum ceteris recte: τῶν y η x (sed corr) s;
= s p. 30, 5 ἄψευστος cett: ἀδιάψευστος recte y η x j s cum SΛβF aliis; p. 31, 25 τὴν φύσιν: τῇ φύσει y η x j s cum Λ; p. 32, 4 τὸ om y η x (sed corr) s (specimina j non ultra 32, 2 excussi, sed unde j fluxerit, satis demonstrant); p. 32, 5 προσαναπαύσασα: προσαναπαύουσα y η x (sed corr) s; p. 32, 13 καὶ prius om, sed post τὸν add τε y η x (supra τὸν scr καὶ) s; p. 32, 17 τονουμένη: τὸ νοουμένη y η τὸνουμένη (sic) x (sed corr in τὸ νοουμένη) s; p. 32, 22 εἴτε: εἰ y η x s; p. 33, 19 τί non habent y η x (sed sscr) s cum Λ; p. 33, 20 τὸ primum om y η x (corr m rec ut vid) s (sed τὸ sscr); p. 34, 17 τῇ om haplographia y η x (sscr τι) s; p. 35, 16 ἐστι om y η x (sed sscr) s; p. 36, 21 κλονεῖται: κλοπεῖται inepte y η (sed corr) x (sed corr) s

cum m rec ω; p. 37, 6 τὸ om y η (sed add m rec in mg) x (sed sscr) s; p. 37, 7 δὲ om y η x (sed corr) s; p. 37, 17 ἀποιχούμενον y η x (sed υ expunx) s; p. 38, 1 κακεῖνοι om y η x (sed add in mg) s; p. 37, 22 ἡ prius: οἱ falso y η x s; p. 38, 2 τῆς ἐκδεχομένης φαιδρότητος y η x s; p. 38, 4 αἰθέριον recte y η (corr in αἴθριον in mg m rec) x (corr in αἴθριον) s cum SΛβF aliis. sunt ergo η x j s pro apographis y vel eius gemelli habendi. ut sunt codices recentissimae aetatis, non mirum est varias lectiones signo γρ adposito in margine adscriptas esse. correcturae codicis s a lectore Latino adscriptae sunt, qui etiam glossas Latinas in margine addidit. restat, ut demonstrem utrum ad genus y pertineat. satis ex exemplis supra infraque p. 19 sqq allatis elucet y memoria erroribus laborante cum S vel Λ coniunctum lectiones difficiliores secutum esse, multis vero locis ubi dubitari potuit, cum classe O facere. accedit, quod p. 61, 26 εὐδοκιμίας y falso cum O L P ε z G Λ in margine ut variam lectionem praebet, sed in textu εὐδοκίας recte cum SZ M^2KW JFMa, i.e. ex utriusque memoriae rivis hausit. quamquam ergo in stemmate constituendo non multum adiuvat, cum sit auctor gregis proprii et ab exemplari litteris maiusculis scripto (cf. 36, 21 litteras N et Π, 37, 37 OYM et OM confusas) ortus esse videatur, y in apparatu adnotavi.

DE EXERPTIS

Sinait. difficillimum est iudicare, quorum alter, codex Sinaiticus
gr. 331 331 saeculi XV, foll. 51v-54r p. 28, 1-8 (ἀλλὰ) et p. 54, 1
= m ἐπειδὴ—p. 57, 24 ζόφῳ, alter, codex Athous Dionysiu
Athous 219 saeculi XV, foliis 61r et 62v pp. 54, 1 ἐπειδὴ—57, 14
Dion. ἁμαρτήσεται continet (sed p. 54, 20 a ὥσπερ usque ad
219 55, 11 ἄνθρωπον om in p). p propius ad y accedere his
= p apparet: p. 54, 5 γὰρ om y p; p. 55, 16 ὧν: ὃς ὧν y p; p. 55,
22 καθ' ἕτερον y p; p. 56, 21 μαρτύρονται y p; p. 57, 2 οὐδὲ
y p cum Λ. alia digna, quae adnotentur, non inveni.

Vatic. Codices vero Vaticanus Ottobonianus gr. 119 saeculi
Ottob. XVI et Parisinus gr. 1008 eiusdem aetatis sub titulo
gr. 119 περὶ τῶν ἀγανακτούντων διὰ τί ἀποθνήσκει ὁ ἄνθρωπος
Paris. τούτου μᾶλλον ἐπ' εὐεργεσίᾳ τοῦ ἀνθρώπου τυγχάνοντος
gr. καὶ διὰ τοῦτο ὁ θάνατος capitulum octavum Orationis
1008 Catecheticae, quod Wernerus Jaeger primo intellexit
obtutu, continent. (Vaticanus ff. 45r-50v, Parisinus ff. 112v-118r). in Parisino adscripsit in margine manus librarii: ση ἰστέον ὅτι τὸ ἑξῆς τοῦ αὐτοῦ λόγου ἐστὶ τοῦτο καὶ οὐχὶ ἄλλος λόγος.

DE RATIONE, QUAE INTER CLASSEM OPG ET CETEROS INTERCEDIT

Iam tempus est iudicium facere de utriusque memoriae generis indole ac natura. semper fere genus SΛF textum aut rectum aut meliorem praebet quam classis O. conferas e.g. haec:

p. 33, 3 ἀλλήλοις recte SZΛ βBar JB F M^2KW z^2: ἀλλήλων π OLMaω PHε wΔDδ yηxs Gz (sed corr) r (vix legi potest) t v (a p. 32, 2 ἔξωθεν deficiunt specimina j).

p. 35, 16 πράγματα . . . παρέχουσα SZΛ βBar π JB M^2KW FG: πρᾶγμα . . . παρέχουσα MOLMaω PHε wΔDδ yηxs z t v

p. 36, 24 τὸν τρόπον recte SZ β (τὸν e τῶν corr) Bar π (τὸν e τῶν corr ut vid) JB F M^2KW Gz yηxs: τῶν τρόπων ΛM OLMaω PHε wΔDδ (corr in mg) t v

p. 37, 16 ἑλομένης SZΛ π M^2 ut vid (vix discernitur num η in rasura sit), KW FGsx: ἑλόμενος falso cum θάνατος coniunxerunt β OLMaω PHε wΔDδ tv ἑλομένῳ e coniectura J Bar (specimen deficit B a p. 37, 15 τῶν) yη z (corr e -ος)

p. 38, 4 αἰθέριον κάλλος SZΛ βBarπJF M^2KW yη^1x^1s: αἴθριον κάλλος MOLMa ω (sed corr) PHε wΔDδ (sed corr) Gzη^2x^2 t v

p. 40, 17 τὸ ἀόρατον recte SZΛFKWβ: τὸν ἀόρατον πy (τὸ

e τὸν corr) s τῶν ἀόρατον J τῶν ἀοράτων OLMaPε wΔDGzv.

p. 43, 4 ἀλλογλώσσων recte SZΛ βπJ K(-ώσων)W (-ώσων) y (ώσσον): ἀλληλογλώσσων OLMa Pε Gz v. codices non nominati non usque ad hunc locum contuli. quod F et M non laudavi, cf quae supra p. 7 et 10 dixi.

p. 46, 18 ἐν τῷ τρεφομένῳ . . . νηδύι J OL Pε G αὐτῷ τρεφομένῳ Ma ex ἐν supra τῷ addito deinde falso loco inserto ortum esse apparet. recte enim τῷ ἐντρεφομένῳ . . . νηδύι SZΛ βπ KW y z. τῷ τρεφομένῳ ἐν . . . νηδύι v e coniectura.

p. 55, 11 πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς εὐεξίαν SZΛ βπ M² (ante ἐξ 3 litt eras) KWy: πρὸς τὴν τῆς ἀρχῆς εὐεξίας O (sed ς ultimum eras) LMa Pε πρὸς τὴν τῆς ἀρχῆς εὐεξίαν JG mp v

p. 48, 6 ἔτι recte servaverunt SZΛ β KW: ἐπὶ πJ OLMa Pε Gz y v.

p. 59, 13 ἐπενδύμασι SZΛβF vox remotior sententiae magis satisfacit, quia et χιτῶνες iuxta positi „ἐνδύματα" sunt: ἐνδύμασι cett v


p. 60, 8 ἡ βῶλος recte (cf. l. 11) habent SZΛ βJF M²KW y v: ὁ βῶλος MOLMa Pε Gz π (sed sscr ἡ)

p. 62, 5 ἐστιν SZΛ βπ J MKW y: φησιν falso OLMa Pε Gz v

His cognitis mihi utris maior fides habenda sit expendenti, contra classem OPG quippe quae exhibeat memoriam minus cultam, suffragium ferre visum est iis quoque locis, ubi quis rectum servaverit, dubitari potest. itaque e.g. p. 40, 16 SΛ eorumque cognatos verba Novi Testamenti repetentes, cum O eiusque caterva ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα omiserint, secutus sum. nam sive notarii, qui Gregorii orantis verba notaverunt, in errorem propter homoioteleuton inciderunt sive Gregorius non ad verbum recitavit ex epistula Sancti Pauli, eius modi vitia ut auctoris ipsius verba in posterum conservare nimis anxii est.

Haec satis sint, ut qua ratione memoria in codices

quasi diffluxerit, stemmatis figura temptemus adumbrare. excerpta in stemmate non adnotavi.



y eiusque turbam textum commixtum praebere supra demonstravi. cod Leid Voss F 67 saec XVI (40r sqq) non inspexi.

DE ARCHETYPO

Nunc agendum est de nonnullis locis, ubi aut varia lectio antiqua subest aut archetypus ita corruptus esse videtur, ut suo iure codices eorumve patres emendationem temptarent.

p. 28, 12 hoc mihi accidisse videtur: in exemplari antiquissimo scriptum erat ΠΡΟCHKCN. recte προσῆκεν SZFByη (sed add in mg m rec ἵν' et γρ καὶ προσῆκον ἦν), x s P (ἵν' post προσῆκεν eraso) Hε. alius quidam legit προσῆκον, quod per προσῆκον ἦν correxisse sibi visus est: M²KWβBarπ. illo ἦν itazismo corrupto προσῆκεν ἵν' exhibent ΛMJ OLMaω wΔDδGz t j p r v. tali enim modo codices non discedunt, nisi error aetate hyparchetypos omnes praecurrit. Λ solus, ut constructionem ad normam grammaticae restitueret, verba (13) καὶ—αἱρεῖσθαι mutavit in τοῦτο πάντως αἱρῆται καὶ μή.

p. 28, 16 plerique codices ἀποστήσαντας quasi ab αὐτοὺς

l. 16 pendeat falso praebent, Λ vero ἀποστήσαντα, SZε ἀποστήσαντι. haud scio, an et Λ et SZ et ε corruptelam veterem suo quisque modo ad grammaticae normam restituerint.

p. 30, 4 φύσεως recte M²(φυ- in rasura 3 litt) KW βBar JBF: κρίσεως cett v, falso ex ead linea fortasse iam in autographo vel antiquissimis exemplaribus huc irreptum sed in nonnullis correctum. item

p. 35, 1 φύσις quod plerique exhibent sensui non satisfacit. ὕφεσις recte SZΛ, λεῖψις β (corr e λῆψις) Bar π ἔλλειψις vt. facile intellegas ἡ ὕφεσις in ἡ φύσις mutatum esse, praesertim cum sit vox remotior.

p. 38, 8 ἡλιοειδεῖ recte M²KW: λειοειδεῖ ceterorum facile haplographia ex ΕΝΗΛΕΙΟΕΙ- (sic scripto) oriri potuit.

p. 40, 23 τόν γε ἀληθῶς ἑαυτὸν ἰδεῖν βουλόμενον recte KWπJ ys w²: τόν γε ἀληθῶς ἑαυτὸν βουλόμενον Λ τόν γε ἀληθῶς βουλόμενον SZ τὸν γε ἀληθῶς ἑαυτὸν β τόν γε ἀληθῶς F βουλόμενον OLMa Pε wΔGv. hanc esse causam corruptelae suspicor: verba τόν γε—ἰδεῖν homoioteleuto exciderant, deinde in margine addita erant, sicut est in Δ. in hyparchetypo classis OPG ea quae in margine fuerant non iam exstiterunt. F vero vel eius exemplar additamentum male intellexit. inseruit enim τόν γε ἀληθῶς pro βουλόμενον, illud autem ἑαυτὸν ἰδεῖν iterare ἑαυτὸν κατιδεῖν, quod iam in textu esset, itaque omittendum putavit. simili ratione ἰδεῖν in Λ, ἑαυτὸν ἰδεῖν in SZ omissum est. quia autem vetustissimus quisque codex eiusdem erroris vestigiis imbutus est, illas 22 litteras, quae scilicet fecerant unum versum, priusquam in fonte generis primi communi in margine denuo additae sunt, excidisse apparet. dico de fonte illius generis, quia in eius asseclis solis aut rectum aut quae de recto relictae erant conservantur. quod additamentum quando factum sit computantes non modo F codicem

saeculi IX/X, sed etiam SΛ vel potius eorum exemplar, quod Langerbeck vol. VI, p. XXX huius editionis saeculis V vel VI tribuit, in correctura recipienda peccavisse notamus. Mendum veroip sum quin auctoris temporibus attribuendum sit vix dubito. similem lectionum varietatem antiquissimam p. 55, 15 sq invenisse mihi videor locus enim in editione Migneana quovis sensu caret, id quod non nisi glossa cum textu confusa fieri potuit. aut enim scriptum erat δι' οὗ τῆς ἀλόγου φύσεως τὰ ἰδιώματα τῆς λογικῆς φύσεως ἔνδυμα κατεσκευάσθη, in margine vero additum erat ἐπεμίχθη τῷ ἀνθρώπῳ τὰ ἰδιώματα τῶν ἀλόγων ζῴων, quae in δι' οὗ τῆς ἀλόγου φύσεως ἐπεμίχθη τῷ ἀνθρώπῳ τὰ ἰδιώματα. τὰ ἰδιώματα (suppleto οὖν) τῶν ἀλόγων ζῴων τῆς λογικῆς etc conflata postea τὰ ἰδιώματα altero haplographia omisso οὖν in ὧν pessum dato in absurdum ceciderunt, aut exstitit . . . περιέθηκεν. τὰ ἰδιώματα οὖν τῶν ἀλόγων ζῴων τῆς λογικῆς φύσεως etc, in mg vero addidit nescio quis δι' οὗ τῆς ἀλόγου φύσεως ἐπεμίχθη τῷ ἀνθρώπῳ τὰ ἰδιώματα. posterior quidam utrumque conflavit, postremo τὰ ἰδιώματα alterum haplographia omissum, οὖν in ὧν pessum datum est. quidquid scriptum erat, non est, cur non eius modi errata aut variata a notariis vel scribis si non Gregorii ad certe primorum post eius mortem decenniorum repetamus. talia sunt: p. 44, 20 ἥπατι O (corr e πλάτει) Pε v: πλάτει quod sensu caret, SZ (sed corr m rec) ΛKW πβJyGz LMa

p. 44, 16 πόματος SZLG v e coniectura restituerunt pro σώματος ceterorum.

p. 48, 19 ἡ ῥοπὴ Λ recte (cf. p. 55, 14 et 22): om SZ, ἡ ὁρμὴ KWβ ἡ ἰσορροπτὴ π OL Ma yz (sed corr in ἴση ῥοπὴ) Gv, ἡ ἰσορροπία JPε. hanc lectionum ὁρμὴ/ῥοπὴ varietatem iam in antiquissimis libris exstitisse apparet. scribae Λ magis placuit ῥοπή, S rem in suspenso reliquit. quid vero de ista ἰσορροπὴ? in hyparchetypo classis

OPG vox ὁρμή reiecta, varia lectio ΙΣΩΣΡΟΠΗ male in ἰσορροπὴ mutata est. cuius enim vocis exempla non inveniuntur, neque in lexicis neque in indice Gregoriano, qui paratur, neque in materia, quam viri doctissimi Britannici ad lexicon patristicum edendum collegerunt, quod pro me benignissime eruit P. O' Connor S. I. aestate anni 1959. verbum ignotum in ἰσορροπίαν (cf Platonis Phaedonem 109a) correxerunt JPε.

p. 50, 23 ὑποτρεφόμενα Λ ὑποτρεφόμενος SZπJ Pε y v ὑποτρεφόμενον MKWβO (corr in -ος m rec)LMaGz. equidem coniecerim MKW etc rectum servavisse, τὸν ante κατὰ l. 22 addendum esse censuit Langerbeck. iam antiquissimo tempore corruptelae in textum difficilem intellectu irrepserat.

p. 59, 17 ἀπληστία S(corr ex ἀπιστία) Z (corr m rec ex πληστία) ε, in P add m rec in mg: ἀπιστία cett v. verisimile est in archetypo ἀπληστία in ἀπηστία corruptum fuisse, quod itazismo in ἀπιστία mutatum est.

p. 60, 19 ἤδη νενόηται ἡμῖν . . . μετακτέον ἤδη memoriam itazismo corruptam servaverunt MKWπOLMa Pε y Gz v. sed verum restituerunt, ut videtur, Λ J scribendo εἰ δὴ νενόηται: ἐπειδὴ νενόηται β εἰ δὲ νενοήκαμεν F. ἤδη νενόηται ἡμῖν . . . μετὰ τοῦτο δεῖ . . . θεωρηθῆναι SZ docta emendatione.

p. 67, 5 ἀρετὴν recte SZv restituerunt pro ἡδονὴν ceterorum. in P adscripsit m rec in mg ἴσως ἀρετὴν.

Menda in archetypo exstitisse iam ex eo verisimile est, quod Gregorius ipse ep XV (p. 49 Pasquali-Jaeger) librarios et amansuenses (μεταγράφων et ὑπογράφων) sibi deesse questus est, item Basilius ep 134 ταχυγράφοντας et καλλιγράφοντας se deseruisse narrat. uterque, ut erant episcopi multis negotiis occupati, opera notario dictabat, cuius notas librarius plerumque rei tractatae imperitus transscripsit.

DE EDITIONIBUS IMPRESSIS

Qui in Mignei tomo 46 seriei Graecae exstat textus, ex editione Morelli 1615 publici iuris factae fluxit.

Codices, quibus Morellus usus est, non iam inveniri possunt. at certe exemplar, quod praecipue secutus est, cognatum fuisse cum O e quovis loco apparatus cognosces. versio autem Latina in Mignei editione iuxtaposita Petri Francisci Zini primum emissa Venetiis 1553, deinde apud Sebastianum Nivellium Parisiis 1573 longe differt a textu Graeco Mignei. nam memoriam codicum SZ repetit neque tamen non hic illic, praecipue ubi codices ad lectionem inclinaverunt deteriorem, abhorret. exempla lectionum SZ et Zini congruentium haec sunt: titulus: non esse dolendum ob eorum obitum, qui in fide obdormierunt = SZ cf app; 28, 6 mundo: κόσμου SZ; 39, 19 non mole, sed mente: νοῦς δὲ καὶ οὐ πάχος SZ; 65, 5 hic etiam: καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος (βίου om) SZ; 65, 9 flagrantem: φλεγόμενον SZ; 33, 18 semper: πάντη SZ. abhorruit versio Latina ab SZ 28, 8 affecti esse (πάσχειν): πάσχουσιν SZ; 30, 21 noceat (= βλαπτικὸς γίνεται): μαλακτικός SZ; 32, 24 naturae (φύσει): κρίσει SZ. plura afferre operae non pretium est. nihil obstat, quin quae Zinus differentia exhibet, ab eo inventa esse putemus.

In rebus ad orthographiam pertinentibus maxime ad lexicon Graeco-Anglicum a Liddell et Scott exarato me applicavi. quae ad illustrandum textum ex Clemente Alexandrino vel Origene attuli, secundum editiones auspiciis Academiae Borussicae curatas quae continent „Die Griechischen Christlichen Schriftsteller der ersten drei Jahrhunderte", citavi, locos homiliarum Gregorii in Canticum Canticorum ad volumen VI huius editionis numeravi.

Restat, ut gratias agam omnibus, qui me in hoc opusculo conscribendo adiuverunt cum illis, quos

supra nominavi, tum Hermanno Langerbeck (†), quem mihi dubitanti consilium suum suppeditare, errores indicare, plagulas assiduo corrigere labore non pigebat, paene ut, quae bene facta illi, mihi quae sint peccata, tribuas. postremo mihi plagulas iterum corrigenti, iterum quae ratio inter scholia codicis z intercesserit meditanti operam et consilium amplum navavit Hadwiga Hoerner Francofurtensis.

Offenbaci ad Moenum, mense Maio 1965

Gunterus Heil

CONSPECTUS SIGLORUM
(De Mortuis)

S codex Vaticanus gr. 1907 chartaceus saec. XII-XIII

Λ codex Musei Britannici Old Royal 16 D I membranaceus saec. XII

F codex Vaticanus gr. 2066 membranaceus saec. IX/X

y codex Monacensis gr. 192 chartaceus saec. XIII

M codex Ambrosianus gr. C 135 inf. membranaceus saec. XI

O codex Monacensis gr. 370 membranaceus saec. X

G codex Athous Iviron β 26 membranaceus saec. XI

v textus vulgatus editionis Parisinae 1638 et Mignei

codd codices in apparatu critico laudati

cett ceteri codices in apparatu critico laudati

Langerb coniecit Hermannus Langerbeck

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΚΟΙΜΗΘΕΝΤΑΣ

497 M. Οἱ τὴν ἀναγκαίαν τῆς φύσεως ἡμῶν ἀκολουθίαν ἐν τοῖς ἐξιοῦσιν ἀπὸ τοῦ βίου συμφορὰν ποιούμενοι καὶ βαρυπενθοῦντες ἐπὶ τοῖς μεθισταμένοις ἀπὸ τοῦ τῆδε βίου πρὸς τὸν νοερὸν καὶ ἀσώματον οὔ μοι δοκοῦσιν ἐπεσκέφθαι τὴν ζωὴν ἡμῶν ἥτις ἐστίν, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν πάσχειν, οἳ διά τινος ἀλόγου συνηθείας τὸ παρὸν αὐτοῖς ὡς καλὸν ἀγαπῶσιν, οἷον δ' ἂν εἴη. καίτοι γε τὸν λόγῳ καὶ διανοίᾳ τῆς ἀλόγου φύσεως προτεταγμένον πρὸς τοῦτο μόνον τὴν ῥοπὴν ἔχειν προσῆκεν, ὃ τῇ τοῦ λόγου κρίσει καλόν τε καὶ αἱρετὸν ἀναφαίνεται, καὶ μὴ τοῦτο πάντως αἱρεῖσθαι, ὅπερ ἂν αὐτοῖς ἐκ συνηθείας τινὸς καὶ ἀκρίτου προσπαθείας ἡδύ τε καὶ καταθύμιον φαίνηται. διό μοι δοκεῖ καλῶς ἔχειν ἐπινοίᾳ τινὶ τῆς πρὸς τὸ σύνηθες αὐτοὺς διαθέσεως ἀποστήσαντα μεταγαγεῖν ὡς ἔστι δυνατὸν ἐπὶ τὴν ἀμείνω τε καὶ πρέπουσαν τοῖς λελογισμένοις διάνοιαν. οὕτω γὰρ ἂν ἐξορισθείη τῆς

Titulus: τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τοὺς κοιμηθέντας O M (sed λόγος et τοὺς om)   τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου νύσης λόγος εἰς τοὺς κοιμηθέντας y   τοῦ ἐν etc. . . νύσης περὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων G   περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἐπὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων λυπεῖσθαι S   idem sed add τοῦ αὐτοῦ λόγος ἐπιτάφιος ἤτοι περὶ θανάτου Λ   τοῦ ἁγίου γρηγορίου νύσης λόγος ἐπιτάφιος F   τοῦ αὐτοῦ λόγος πρὸς τοὺς πενθοῦντας ἐπὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ παρόντος βίου πρὸς τὸν ἀΐδιον μεθισταμένοις v

SΛ F y MOG

6 βίου: κόσμου S   7 νοερὸν καὶ ἀσώματον: ἀπαθῆ καὶ ἀθάνατον F   8 πάσχουσιν S   10 δ' om Sy   10-11 τοὺς . . . προτεταγμένους S   10 τὸν e τῷ corr M²   12 προσῆκεν SFy: προσῆκον ἦν M² (corr e -κον ἵν') προσῆκεν ἵν' ΛOGv   τε om S   13 καὶ — αἱρεῖσθαι: τοῦτο πάντως αἱρῆται καὶ μὴ Λ   14 τε: τι corr e τε ut vid Λ   15 δοκεῖ post ἔχειν coll F quod magis placuit Langerb   16 ἀποστήσαντα Λ: ἀποστήσαντι S ἀποστήσαντας cett v   17 τὴν corr e τὰ m rec ut vid Λ   18 οὕτως ΛF   ἐξορισθείη ΛM²v: ἐξολισθείη F(-ωλ-)OG ἐξωσθείη yS(corr ex -ορι-)

editionem Morellianam anni 1615 suffecta, emendata nunc ex Patricii Iunii (= Patrick Young 1584-1652) codice, cuius lectiones, quibus differt ab editione Gretseriana, in editione vulgata inter uncos inclusae sunt. inter tot lectiones varias ex Iunii codice collatas (atque in editione vulgata partem non suo loco insertas) tres tantum sunt, quae non textum ab omnibus codicibus servatum exhibeant: 211, 14 πρὸς add H et Old Royal; 212, 11-12 μόνων αὖθις τῶν συκοφαντουμένων HJ et Old Royal; 213, 20 καὶ ante τοῦ add Old Royal. Ex his, praesertim cum codex Old Royal 16. D. XI unicus ex libris manu scriptis, qui in bibliothecis Britannicis servantur, orationem Gregorii Contra Fornicarios contineat, concludere audeo eum olim Patricii Iunii fuisse. editionem Morellianam alteram adhibuit Migneus ad imprimendum volumen XLVI Patrologiae Graecae. quae in fine orationis a codice J necnon ab editionibus Gretseri et Morelli omittuntur, supplevit ex codice Vaticano gr. 445 Laurentius Zaccagnius in Collectaneorum monumentorum veterum ecclesiae Graecae volumine primo p. 353 (a. 1698). supplementum a Zaccagnio collatum praeterea legitur in editionis Mignei volumine XLVI p. 1108-9.

Versionem Latinam a Gentiano Herveto interprete confectam edidit Sebastianus Nivellius Parisiis anno 1573. iterum impressit versionem Herveti Cl. Morellus in volumine primo editionis anni 1615, unde per Gretseri appendicem et editionem Morellianam alteram in Mignei Patrologiam pervenit. Hervetus interpres, quoniam exemplari codici P cognato (Vaticano 445, ut suspicor) usus est, versionem a textu Graeco, quem J. Gretser ex codice Vindobonensi imprimendum curavit, longe diversam reddidit.

Sub nomine Johannis Chrysostomi hanc orationem una cum quattuor aliis Johannis, ut arbitratus est, homiliis prius non editis publici iuris fecit Guilielmus

Th. Becher cum sua ipsius versione Latina Lipsiae anno 1839 ex codice Dresdensi A 66a. Migneus et textum et versionem Becheri impressit in Patrologiae Graecae volumine LXIV, p. 465-474.

Post Tillemontium (Mémoires ecclésiastiques t. IX, 1703, p. 744) de authenticitate huius orationis dubitabat Sebastianus Haidacher, Zeitschr. für kath. Theol. 38, 1914, p. 92-99, et infirmis argumentis nisus eam Nestorio ascripsit.

IN DIEM LUMINUM

DE FAMILIA SEYΛ

S Codex Vaticanus gr. 1907 chartaceus saec. XII-XIII
(S), de quo cf. supra p. 132, orationem In Diem Lumi-
num, vulgo In Baptismum Christi continet foll. 58r-59v,
E codex Vaticanus gr. 446 membranaceus saec. XII (E),
quem descripsit W. Jaeger vol. VIII 1, p. 99, eam
exhibet foll. 286v-300v. codex Messanensis Univer-
Y sitatis gr. 15 membranaceus saec. XI (Y) binis columnis
scriptus litteris minusculis scatet erroribus, quorum
longe plurimi eius sunt proprii, innumerabilibusque
insuper itacismis qui vocantur ita depravatus est, ut
perdifficilis sit intellectu; continet orationem In Diem
Luminum foll. 107v-117r. collationibus usus sum a
sodali quodam Americano confectis, quas, quod neque
ipsum codicem neque tabellas photographicas inspicere
potui, non examinavi. de codice Musei Britannici Old
Λ Royal 16 D I membranaceo saec. XII (Λ), qui hanc
orationem exhibet foll. 387v-398v, ab aliis iam complura
dicta sunt (cf. imprimis W. Jaeger vol. VIII 1, p. 99,
158; J. P. Cavarnos vol. VIII 1, p. 231; F. Müller vol.
III 1, p. XXIII; H. Langerbeck vol. VI, p. XXIV),
quibus quod adiciam, non habeo.

Hi quattuor codices quin ex eadem stirpe prodierint, nonnullis erroribus communibus non neglectis dubitandum non est. afferam exempli gratia: 222, 12 τῆς γῆς om SEY et Q, qui de Λ descriptus est; 222, 12 σύμπασα SEY et Q; 223, 4 παραμένωμεν (-οῦμεν E, -ομεν Λ) SEYΛ; 227, 18 οὗτος SEYΛ; 230, 24 γέγονεν om SEYΛ; 232, 13 νοῦς om SEYΛ; 233, 21 εἰς om SEYΛ; 234, 24 δὲ post σαφῶς add SEYΛ; 237, 21 βουληθείη SEUΛ; 239, 20 καὶ μετὰ om SEYΛ; 241, 10 σου: τοῦ θεοῦ SEYΛ. quanam autem fuerit specie et forma et aetate exemplar,

de quo tota familia descendit, ex hoc genere errorum nequaquam reperiri potest.

Ex stirpe codicum SEYΛ duo rami procreverunt, quorum alterum constituunt SE alterum YΛ, utrique artioribus vinculis coniuncti. menda, quae SE communia exhibent, haec sunt: 221, 17 νόμεια SE; 222, 16 ἡμῖν: ἡμᾶς SE; 223, 18 καὶ om SE, 224, 18 ἁπάσης SE; 228, 3 ἐνόησε SE; 230, 17 ἀπαιτεῖ: ἀπάγει SE; 232, 18 ὁ (ante πολύθεος): ὧν SE; 237, 1 ἐποικοῦντος: ἐνοικοῦντος SE; 238, 2 ὁρωμένης: ἐρρωμένης SE; 241, 1 προσαναπαύσειν SE. quorum in numero tria sunt (230, 17; 237, 1; 238, 2), quae, quamquam aliis exemplis manifestioribus comprobare non possum, iam in exemplari litteris maiusculis scripto adfuisse dixerim.

Totidem fere sunt errores, quibus Y et Λ colligantur: 221, 7 ὁ post οἶκον add Y et Λ, ut ex Q apparet; 223, 20 δὲ om YΛ; 225, 22-23 γίνεταί τε (om Y) καὶ λέγεται YΛ; 229, 20 τινὶ post εἰκόνι add YΛ; 230, 3 τῆς post κοινῆς add YΛ; 230, 6 ὑποδείγματι: παρενθήκῃ (-ει Y) YΛ; 231, 21 οἱ om YΛ; 233, 7 ὁ ante βασιλεὺς add YΛ; 233, 12 λέγω δὴ om YΛ; 233, 20 αὐτῶν YΛ; 233, 21 ἐπεραιώθησαν YΛ; 234, 21 ἐναντιότητος ante τῶν transp YΛ; 238, 26 ἀμείψας YΛ; 239, 14 ὑμᾶς ante ὅπως add YΛ. de exemplari autem, a quo YΛ orti sunt, nihil pro certo dici posse singulis erroribus perpensis nemo negabit.

Ex his quattuor codicibus SEYΛ nonnulli alii pro-
fluxerunt, quos omnes in apparatu constituendo ne-
glegere potui. ex S ad verbum fere descriptus est codex
Z Vaticanus gr. 1433 saec. XIII (Z), de quo plura non
sunt opus (cf. p. 132). In Diem Luminum praebet foll.
Ath 150v-157r. codex Atheniensis gr. 2104 (olim Thessa-
2104 lonicensis 35) chartaceus saec. XIV binis columnis
nitidissime litteris minusculis scriptus textum huius
orationis ad litteram fere e codice E deprompsit. inter
omnes errores, quos E proprios habet, nullus est, quin
ab Ath servetur. paucos selectos hic ponam: 221, 8

προτενίσμασιν EAth; 222, 1 τὸν om EAth; 225, 6 τὸ ante ὕδωρ add EAth; 227, 20 πῶς post γῇ om EAth; 233, 1 εἶναι post τυπικῶς add EAth; 233, 4 θείῳ: τελείῳ EAth.
de Λ descriptus est codex Taurinensis C I 11 chartaceus
Q saec. XIV (foll. 125r-129r), qui in hac editione siglo Q
distingui solet (cf. J. P. Cavarnos, vol. VIII 1, p. 232).
Montep ex Q tres codices saec. XVI profluxerunt: Montepes-
122 sulanus Universitatis 122 (foll. 128r-139r), Leidensis
Leid Gronovianus 12 (ex quo specimina tantum contuli),
Gron Vaticanus Ottobonianus 119 (foll. 304r-313r). quos qui
12 scripserunt alia quidem Gregorii opera ex aliis exem-
Ott plaribus descripserunt, sed textum huius orationis con-
119 quirentes omnes codice Q usi sunt. quam rem ut mani-
feste probem, unum locum exponere satis mihi videtur: 223, 13 in codice Λ littera ο verbi οὐσίας maiore solito forma est scripta. qua de causa Q οὐσίας in θυσίας commutavit, quamvis spiritus super υ perspicue in Λ scriptus esset. apographa autem codicis Q servant errorem, ex quo apparet scribas non Λ sed solum Q ante oculos habuisse. hactenus de SEYΛ eorumque apographis.

DE FAMILIA ΠΦGI

Π Codex Parisinus gr. 481 membranaceus saec. XI (Π)
litteris minusculis binis columnis pro aetate perquam
neglegenter a manu docta ut videtur scriptus hanc
orationem praebet foll. 392r-397v. codex Parisinus
Φ gr. 582 membranaceus saec. XI (Φ) binis columnis,
quarum quaeque 37 lineas capit (pagg. 12-14, 23-40),
litteris minusculis nitidissime est scriptus. simili forma
atque indole est codex Parisinus gr. 1199 membranaceus
G saec. XI (G), qui orationem In Diem Luminum foll.
107r-123r continet. ad hos tres codices Parisinos accedit
I codex Constantinopolitanus Panhagia 10 (olim, i.e. ad
annum 1936 Chalcensis Kamariotissa 10) membranaceus
saec. XII (I), quem Constantinopoli meum in usum

contulit Hilda Polack. codices familiae ΠΦGI eodem fere titulo ornati sunt (τοῦ ἐν ἁγίοις etc), sed in mendis communibus tam raro consentiunt, ut ilico dubitet quispiam, constituant sui iuris familiam necne: 229, 19 εὐψυχότερον ΠΦGI; 236, 22 διψήσῃ ΠΦGI; 238, 2 ἐρωμένης ΠΦGI. id parum esse videtur testimoniorum, sed saepius cum uno aut altero reliquarum familiarum teste eos consentire ex ipsa mantissa facile invenies neque negabis locos sufficere, quibus probetur, codices ΠΦGI ex eodem fonte profluxisse (cf. etiam p. 149).

Qui fons in duos rivulos dividitur. Π enim cum Φ et G cum I non raro congruit. quae partes, quamquam in erroribus plerumque cum singulis aut pluribus aliarum stirpium testibus consentiunt, tamen solae atque separatae respiciantur. quo pacto, ut opinor, exemplorum auctoritas non imminuitur. L congruit cum Φ: 221, 17 νόμαια ΠΦ; 222, 8 τούτων ΠΦ; 222, 15 ἀπορρίπτει ΠΦ; 239, 9 καὶ: κατὰ ΠΦ. cum G consentit I: 223, 8 ἐπικηδίοις GI; 226, 15-16, δι' ἐκείνης ἐπιτελέσαι GI; 226, 23 ὡς ἀκούω om GI; 226, 23 καὶ — ἀτιμοτέρου om GI; 228, 12 καὶ ante γῇ add GI; 231, 13 νυμφεύσασθαι: μνηστεύσασθαι GI; 232, 10 τῷ post ἐν add GI; 233, 19 γῆν: γνῶσιν GI; 236, 10 τὸν alt om GI; 239, 12 μαθητὰς GI. non nego quidem hanc viam ac rationem probandi ambiguam videri, at tamen pro certo dicere audeam et Π cum Φ et G cum I maiore quadam affinitate coniunctos esse, quam quae fortuito orta sit. nam altera ex parte Π cum G bis tantum consentit (231, 16 ἐφειστήκει; 241, 20 ἐκείνων), Π cum I numquam, Φ cum G bis (231, 26 συνιὼν; 241, 9 ἐραντίσας; Φ cum I numquam.

De singulis familiae ΠΦGI codicibus nihil insuper investigari potest alicuius momenti nisi quanta fuerit pagina vel columna exemplaris, de quo G descriptus est. 235, 1 enim ante ἡμῶν scripsit et statim expunxit verbum προβαλλόμενος, quod suo in loco est 234, 11. veri simillimum est igitur exemplar omnia verba inde a 234,11

προβαλλόμενος usque ad 235, 1 ἱερουγίας una vel pagina vel columna cepisse, scribam autem bis eadem scripturum pagina vix incepta errorem intellexisse.

Iam pauca de iis libris, quos, cum ex ipsis familiae ΠΦGI codicibus vel his cognatis descripti essent, omnes
Mich in apparatu constituendo neglexi. codex Universitatis
44 Michiganensis gr. 44 saec. XI-XII mutilus est. nam orationis In Diem Luminum tria folia interierunt, quorum duo ante folium quod nunc primum numeratur, tertium inter folia 1 et 2 exciderunt. initio igitur textus usque ad 227, 12 (δι-)ηγήσομαι deest neque 229, 15 δὲ τῶν δύο usque ad 231, 23 σπεύδων leguntur. explixit haec oratio fol. 6v, cuius in capite a manu vix recentiore quam ipsius codicis scribae scriptum est φύλλον ζ', unde apparet codicem antiquitus esse laceratum. codex binis columnis diligenter litteris minusculis est scriptus. ad litteram fere congruit cum G neque differt alter ab altero nisi rebus orthographicis modo G modo Mich itacismis depravatus, ut perdifficile sit diiudicatu, sintne fratres de eodem exemplari descripti an Mich ex G hauserit. illius generis menda plerumque nihil valere ad recensendos codices nemo est, quin sciat. scribae enim interdum errore bis ilico eandem paginam de eodem exemplari describentes litteras ambiguas persaepe commutant, ut plane desperes quantulumcumque certi posse inveniri (cf. p. 164).

Doch Codices Athoi Docheiariou 69 (foll. 103v-122r) et
69 Docheiariou 78 (foll. 224v-236v) chartacei saec XIV vix
Doch alter ab altero discerni possunt. plurimis vinculis col-
78 ligantur, quae si afferre vellem, vix tota pagina caperet. loci, in quibus alter peccat, alter textum genuinum servat, sunt rarissimi et plerique ad res orthographicas pertinent. a Doch 69 differt Doch 78 recte: 231, 10 καταζευχθῆναι Doch 69; 233, 16 πραγματίς Doch 69; 234, 8 τῆς om Doch 69; 234, 10 ἀντεκατέστη Doch 69; 234, 11 προβαλόμενος Doch 69; 235, 9 ὁ post γὰρ add


Doch 69; 235, 17 ἡμῶν Doch 69; 239, 24 συλλῆσαι Doch 69. falso: 224, 3 παραδώσεως Doch 78; 229, 12 γενώμεθα Doch 78; 234, 6 εἰδωλολατρείας Doch 78. quis est, qui diiudicare audeat, descriptine sint ambo ex communi exemplari, an Doch 69 ex Doch 78 vel vice versa? constat eos ex stirpe codici I cognata procrevisse neque ullam contra GI genuinam vel alicuius frugi variam lectionem praebere. maxima ex parte consentiunt cum mendis codicis I, e quibus pauca referam: 223, 16 καὶ ὁ ῥίψας καταισχυνθῇ om IDochh; 223, 25 ἐπανορθῶν: ἀνελὼν IDochh; 225, 7 τῇ: τῷ IDochh; 225, 11 καὶ post διὸ add IDochh; 228, 7 αἰτίαν ante ὁ add IDochh; 230, 2 τοὺς τρεῖς: αὐτοὺς πάντας IDochh. interdum autem contra I textum nondum depravatum conservant: 222, 6 τοῦ Dochh recte: καὶ I; 222, 9 κἀκεῖνος ΠΦGDochh: ἐκεῖνος I; 223, 17 τῷ non om Dochh: om I; 223, 23 ἐπεισελθὼν Dochh recte: ὑπεισελθὼν I; 230, 23 ὑπομάζιον Dochh recte: ὑπὸ μαζὸν I; 235, 18 προσέλθετε Dochh recte: προσέλθατε I; 237, 14 ὁ πατὴρ non om Dochh: om I; 239, 15 ὑμῶν Dochh recte: ἡμῶν I; 239, 18 τοὺς non om Dochh: om I; 240, 1 πρότερον Dochh recte: δεύτερον I; 240, 13 ἐγκοσμίων Dochh recte: ἐγκωμίων I; 240, 14 καὶ non om Dochh: om I. fieri igitur non potest, ut codices Docheiariou de I descriptos putes, quia formam textus antiquiorem quam I praebent.

Esph Quibus adnumerandus est codex Athous Esphigmenou
76 76 chartaceus saec. XIV, cuius specimina tantum conferre potui (usque ad 228, 18). attamen satis perspicuum est eum persaepe cum Dochh congruere, imprimis cum contra I genuinam lectionem conservant (cf. locos supra laudatos 222, 6; 222, 9; 223, 17; 223, 23). nimirum et omnes errores, qui codicibus Dochh et I communes sunt, in eo reperiuntur uno tamen excepto: 223, 25 ἐπανορθῶν: ἀνελὼν IDochh ἐπανελθὼν Esph. suspicor eum hic suo Marte divinasse.

Vindob Codex Vindobonensis theol. gr. 279 chartaceus saec.

theol 279 XIV, ex quo specimina tantum ante oculos habui (foll. 1r-6r), unus est e grege librorum manuscriptorum, quos Augerius Busbequius ille ex terris sub oriente sitis Vindobonam pertulit. folio 1r inscriptum est „Augerius de Busbecke comparavit Constantinopoli no. 164". praeter hunc numerum alii duo in eodem folio inveniuntur: „Theol. Graec. Ms. 111" et „no. CCLXXIX B", qui recentissimus est. codex est neglegentissime scriptus verbis singulis vel binis aut iteratis aut omissis aut postea insertis et scatet erroribus. iisdem mendis atque GI depravatus est, sed neque G neque I solum sequitur, in quantum ex brevibus speciminibus cognoscere potui.

Stemma familiae ΠΦGI:



DE RECENSIONE IN CODICE R INVENTA

R Codex Marcianus Venetus gr. 56 membranaceus saec. XI (R) post complures homilias Basilii ultimis foliis (348r-355r) continet Gregorii orationem In Diem Luminum. binis columnis diligenter est scriptus litteris minusculis. de aetate et de operibus, quae in R inveniuntur, Carolus Henricus Bender qui codicem Venetiis inspexit, certiorem me fecit; orationem Gregorii ex tabellis photographicis contuli. primo obtutu perspicies duos fontes ab homine mediocriter docto in unum confusos esse. textus igitur cum familiam SEYΛ

potissimum sequatur, interdum cum memoria familiae ΠΦGI consentit: 222, 18 ἡμέρας SEYΛ: ἡμετέρας πίστεως ΠΦGIR; 223, 8 πράγμασι SEYΛ: πράγματι ΠΦGIR; 232, 13 νοῦς om SEYΛ: non om ΠΦGIR; 233, 21 εἰς om SEYΛ: non om ΠΦGIR; 234, 24 δὲ post σαφῶς add SEYΛ: non add ΠΦGIR. lectiones sive familiae SEYΛ sive familiae ΠΦGI, quibus non est usus, neque super lineas neque in margine adnotavit. opere perfecto vel idem scriba vel eiusdem officinae διορθωτής, quem nominamus, iterum perlegit codicem et, ut fieri solet, complures locos correxit, ea tamen ratione, ut ex sola familia ΠΦGI correcturas adderet: 222, 12 τῆς γῆς om SEY(Λ)R: non om ΠΦGI add R^2; 222, 12 σύμπασαν SEY(Λ)R: ἅπασαν ΠΦGIR^2; 226, 23 συκομορέας om ΠΦGI eras (!)R^2; 229, 19 ἐμψυχότερον SEYΛR: εὐψυχότερον ΠΦGIR^2; 239, 20 καὶ μετὰ om SEYΛR: non om ΠΦGI add R^2; 241, 10 τοῦ θεοῦ SEYΛR: σου ΠΦGI per ras R^2; operae pretium est animadvertere codicem R numquam nisi fortuito singulos aut binos codices familiae ΠΦGI sequi, sed semper integram familiam. qua de causa mihi probatum esse videtur primum et scribam et correctorem exemplari, de quo ΠΦGI derivati sunt, vel quod ei simillimum erat, usos esse, deinde id exemplar perveterem statum textus praebuisse, postremo ΠΦGI re vera ex eadem memoriae stirpe procrevisse, quod supra (p. 145) nondum satis confirmatum erat.

DE FAMILIA KMO

K Codex Marcianus Venetus gr. 67 membranaceus saec XI (K) hanc orationem exhibet foll. 31r-37v. mirae cuidam fortunae attribueres, quod nullis fere mendis corruptus est, nisi appareret eum ex recensione a viro docto Byzantino confecta provenisse (cf. W. Jaeger, vol. VIII 1, p. 113). codex Mediolanensis Ambrosianus
M C 135 inf. membranaceus saec XI (M), qui orationem

In Diem Luminum continet foll. 61r-74v, descriptus est a W. Jaeger, vol. VIII 1, p. 21 sqq. ad hos duos accedit O codex Monacensis gr. 370 membranaceus saec. X (foll. 55r-69r), quem siglo O distinguere solemus. quomodo cum K coniunctus esset, fusius demonstravit W. Jaeger vol. VIII 1, p. 115. rarissima cum sint menda codicis K, nimirum et vincula, quibus KMO colligantur, rarissima sunt. K et O eodem titulo sunt ornati (ex M tituli excisi sunt), K M O eandem subscriptionem (εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα) proferunt. M et O artioribus vinculis coniuncti sunt quam uterque cum K. testimonia rogo ut ex apparatu critico sumas, ne nimium praefando spatium impendam. restat autem, ut nonulla de correcturis a manu recentiore in codice M suffectis (M^2) adiciam iis, quae scripserunt W. Jaeger vol. VIII 1, p. 24 et V. Woods Callahan vol. VIII 1, p. 364. cum in libro De Instituto Christiano variae lectiones, quibus M correctus est, ex S, in Vita Macrinae ex fonte nobis incognito (dubitaverim, an ex coniectura) sumptae sint, hic quidem nullum est dubium, quin vir doctus ad corrigendum M codice K usus sit: 222, 4 ἀθρόως M alii recte: ἀθρόους KM^2; 222, 6 τοῦ Χριστοῦ om MO: ante 7 ἐκκλησίαν tranp K eodem loco add M^2; 227, 28 ἀπόρου M cett recte: ἀπείρου SKM^2; 238, 22 ἐμέρισε M cett recte: μερίσας ΥΛ KM^2 etc. quod si non ex diversis fontibus solum correctus est M, sed etiam diversis temporibus (cf. paulo infra), apparet eum librum optime aestimatum esse, quem qui possidebant, undique optimis exemplaribus petitis nitebantur, ut meliorem redderent.

Iam pauca de familiae KMO apographis, quae omnia W ex apparatu critico removi, dicenda sunt: codex Vindobonensis theol. gr. 42 membranaceus saec. XII (W), cuius specimina (foll. 106r-111r = usque ad p. 237, 7) contuli. W. Jaeger vol. VIII 1, p. 25 affirmat singulas paginas per totum codicem 36 lineas capere; licet erraverit typotheta, paginae, quas inspexi, singulae 37 lineis exaratae sunt. ceterum de W certior fies a W. Jaeger vol. VIII 1 p. 25.108 et a V. Woods Callahan vol. VIII 1, p. 355 sqq. oratio In Diem Luminum descripta est de Ambrosiano M iam correcto (liber De Inst. Chr. de M nondum correcto; cf. vol. VIII 1, p. 26): 227, 28 ἀπόρου recte M: ἀπείρου SKM^2W; 228, 8 συντιθέμενος om M add in mg M^2 scr in mg W. reliquis in locis, quibus W consentit cum KM^2, forsitan quaerendum est, num ex ipso K sumptus sit, sed cum numquam errores codicis K proprios sequatur, eum de solo M correcto descriptum esse putamus.

Mon De Monacensi gr. 107 chartaceo saec. XVI non habeo 107 quod addam iis, quae Jaeger vol· VIII 1, p. 116 de ratione, qua Mon 107 cum O coniunctus esset, disseruit. cum in codice O folia, quae orationem In Diem Luminum tradunt, integra conservata sint, Monacensem 107, qui ex O plane descriptus est, neglegere possumus. praeterea ad O redeunt tres codices Parisini. codex Parisinus Par gr. 503 chartaceus saec. XIV, ex quo specimina contuli, 503 singula opera Gregorii ex diversis exemplaribus sumpsit (cf. p. 168 sq. 188). in hac oratione tradenda maxime congruit cum O: 222, 1 βουλεύομαι: βούλομαι M (corr M^2)OPar503; 222, 6 τοῦ Χριστοῦ om M (add M^2) OPar503; 223, 12 Χριστὸς: ὡς OPar503 (Par503 in mg γρ. χριστὸς man alt); 225, 16 ἐπικοσμοῦσι: ἐποικοδομοῦσι ΥΜ(corr M^2)OPar503; 226, 16 τοῦ ante λόγου add OPar503. Par codices Parisinum gr. 585 chartaceum saec. XVI et 585 Parisinum gr. 586 chartaceum et ipsum saec. XVI Par descripsit W. Jaeger vol. VIII 1, p. 117 sqq. ex utroque 586 specimina contuli. exemplis, quibus demonstrem, utrumque ex O textum hausisse, paucis tantum opus est: 223, 12 Χριστὸς: ὡς OParr; 226, 16 τοῦ ante λόγου add OParr; 229, 11 τῷ ante πατρὶ add OParr; 231, 6 ὑδρευσαμένη: ἀρυσαμένη OParr; 233, 7 εὐηγγελίζετο: εὐηγγελίσατο OParr; 233, 20 καὶ κατευθύνοντος om OParr. Parisini 586 lectiones variae et lineae, quibus textus

in paragraphos dividitur, dignae sunt, quae memorentur. W. Jaeger (vol. VIII 1, p. 118) suspicatus est, quod paragraphi cum clausulis sententiarum interpunctis editionum impressarum non congruerent, virum doctum aliquando editionem praeparavisse eademque de causa varias lectiones aliunde petitas in margine adscripsisse. si quid ex foliis, quae hanc orationem tradunt, concludi potest, nihilo minus apparet et signa et varias lectiones ex editione impressa Morelliana prima translatas esse. qui codicem possedit neque librum impressum emere voluit, eadem ratione atque viri docti, qui saeculis ante vixerant, exemplari altero (nunc quidem editione impressa) adhibito librum suum, ut arbitratus est, commodiorem et meliorem reddidit.

Matr Eiusdem originis atque codices Parisini est codex
4864 Matritensis Bibl. nac. 4864 chartaceus saec. XVI, de quo egit W. Jaeger vol. VIII 1, p. 120. orationem In Diem Luminum continet foll. 40r-48r. omnia menda codicis O servat et insuper innumerabilibus scribae erroribus ita est depravatus, ut aegre intellegi possit.

Urb 9 Codex Vaticanus Urbinas 9 chartaceus saec. XVII, ex
Ath quo specimina contuli et codex Atheniensis gr. 378
378 chartaceus anno 1712 Ioanninis scriptus, quem meum in usum Athenis inspexit Hilda Polack, praeter menda codicis O complures editionis vulgatae errores exhibent. cum autem non iam dubium sit, quin codices Urbinates 9-13 ex editione Morelliana descripti sint (cf. p. 190), mihi persuasum habeo et Ath 378 ex libro impresso descriptum esse, non autem ex editione Parisina, sed ex editione principe anno 1587 Augustae Vindelicorum a D. Hoeschel curata. Ath 378 enim titulo eodem ornatus est atque editio Augustana: εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα.

Duos codices recentissimos in monasteriis Graecis conservatos inspicere nequivi. codices Lesboum Leimonos 87 saec. XVI et Athoum Iveron 669 saec. XVIII. arbitror eos vel ex familiis nobis bene cognitis vel ex

libris impressis descriptos esse neque huic editioni detrimento esse, quod eorum varias lectiones non investigavi. praeterea Oxoniis in bibliotheca Bodleiana codex Casaub. Adv. 11 saec. XVI, quem non inspexi, fragmentum huius orationis continet. codex Athous Panteleemonos 196 saec. XVII alterius cuiusdam orationem Gregorio subditam continet.

DE EDITIONIBUS IMPRESSIS

Graece orationem In Diem Luminum primum edidit David Hoeschel Augustae Vindelicorum anno 1587. codex ei praesto erat, qui nisi est ipse codex O, cum Monacensi O artissime cognatus est, quod uno loco collato probatum habeo: 223, 13 pro Χριστὸς O scripserat ὡς. manus altera, ut errorem corrigeret, compendio suprascripsit Χς. editio Augustana praebet Χριστὸς ὡς, quod in nullo codice praeter O invenitur.

Fronto Ducaeus, cum editionem Morellianam primam anni 1615 praepararet, textum Graecum a Davide Hoeschel editum nonnullis locis e codice, quem tunc Federicus Morellus possedit, correxit et imprimis titulum commutavit, ut ipse dixit in annotationibus, quae nunc et in volumine XLVI p. 1203 Mignei Patrologiae Graecae leguntur. quaeritur, qui fuerit codex ille Morelli, qui praeter editionem Augustanam Frontonis in manibus fuit. ex annotationibus Frontonis Ducaei colligi potest, eum maxime cum codice Λ et cum codice Q ex Λ descripto coniunctum esse: 223, 9 ἐν εὐωχίαις invenit in codice Morelli, quod et ΥΛ conservant; 225, 22-23 solus Λ (et proles eius) conservat γίνεταί τε καὶ λέγεται, quod in codice Morelli legit Ducaeus; 240, 5 σειρομάστη Q et codex Morelli praebent. quo fit ut non iam dubium sit, quin codex Morelli ex codice Q procreverit. eum nunc Montepessulanum nuncupari infra (p. 176) demonstrare conatus sum. de codice Canteri, cuius lectiones praeterea Frontoni suppeditabant, cf.

quae dixi in praefatione orationis De Tridui Spatio p. 176.

Versione Latina Laurentii Sifani anno 1562 Basileae impressa usus est Sebastianus Nivellius, cum anno 1573 Parisiis compluria opera Gregorii Latine ederet. codex Graecus, quem in oratione In Diem Luminum et in oratione In Sanctum Pascha vertenda Sifanus adhibuit, ad familiam KMO pertinet, sed cum eius familiae libri manu scripti, ut supra p. 150 dixi, parum differant, codicem Sifani certe reperire non possum.

Editionem Davidis Hoeschel et versionem Laurentii Sifani coniunxit Fronto, cum Gregorii opera anno 1615 Parisiis apud Claudium Morellum ederet. editionem alteram Morellianam anno 1638 J. P. Migne in Patrologiae Graecae volumen XLVI recepit Parisiis anno 1858. versionem Gallicam confecit Federicus Morellus ex suo codice, ut videtur, anno 1606.

IN SANCTUM PASCHA

(vulgo In Christi resurrectionem oratio III)

Memoria orationis In Sanctum Pascha duabus codicum familiis traditur, quae non raro quidem sed haud multum inter se differunt.

DE FAMILIA SBDF

S Codicis Vaticani gr. 1907 chartacei saec. XII (S) folia
201v-204v, quibus oratio In S.P. continetur, rara fortuna
integra conservata sunt neque sunt respicienda eius
B apographa. codex Oxoniensis Bodleianus Baroccianus
199 membranaceus saec. X (B) binis columnis, quarum
unaquaeque capit 36 lineas, diligentissime litteris
minusculis est scriptus. hanc orationem exhibet foll.
157r-167r. eiusdem fere formae et vetustatis est codex
Hierosolymitanus Patriarchicus 6 membranaceus saec.
D IX/X (D), cuius folia 60v-67v nostram orationem
tradunt. agmen claudat codex Parisinus Coislinianus
F 107 membranaceus saec. XI, quem siglo F distinximus
(foll. 68v-80v). inter aliorum opera praeter orationes
Gregorii In Christi resurrectionem I, II, III, V, quae
vulgo numerantur, homilias In Ascensionem Christi
et In Pentecosten tradit binis columnis exaratus litteris
minusculis.

Compluribus variis lectionibus communibus codices huius familiae artissime coniuncti sunt: 245, 14 τυγχάνει om SBDF; 246, 4-5 προσδιαλέγεται: διαλέγεται SBDF; 246, 8 ἀναμφισβήτως post θέος add SBDF; 246, 25 ὑποσημαίνῃ: ὑποσημήνῃ SBDF; 246, 25 τῷ πλήθει post συντείναντες add SBDF; 247, 4 πάλιν ante συντείναντες transp SBDF; 247, 16 ὡς: ὃς SBDF; 247, 24 δήπου: δὴ SBDF; 248, 4 πῶς γάρ, ὃς πᾶν τὸ μέλλον πρὸ τῆς πείρας ἐβόα post εὑρὼν add SBDF; 248, 8 ταραχὴν: ἀρχὴν SBDF;

248, 8 τοῦ Ἰσραήλ: τῶν Ἰουδαίων SBDF; 248, 14 χάριν: γνῶσιν SBDF; 248, 27 τῷ om SBDF; 249, 4 ἅπασαν: πᾶσαν SBDF et huiusce modi lectiones permultae, quarum in numero nulla est, qua certiores fiamus de forma atque scriptura exemplaris, de quo tota familia descripta est. hoc tamen ut pro certo habeas, rogo, plerasque varias lectiones non scribarum erroribus ortas esse, sed virum doctum hic illic vel glossemate addendo vel verbo inusitato permutando suum in usum textum meliorem reddidisse neque varias lectiones, quas in textum introduxit, ex memoria nobis non iam servata carpsisse sed passim suo Marte coniecisse. editionem igitur, non recensionem confecit.

Editionem quoque viri docti fuisse arbitror id exemplar, de quo descripti sunt SB. vir ille rarius quidem, sed eodem modo atque is, qui exemplar totius familiae ad suum iudicium accomodavit, textum receptum corrupit: 246, 9 βλάσφημον: ἄπιστον SB; 248, 10 δῆμον: λαὸν SB; 261, 15 ὀξέως: εὐθέως SB; 263, 5 περιεστῶτας: παρελθόντας SB; 264, 29 Παύλου: τοῦ ἀποστόλου SB; 268, 15 λυπήσειεν: ἀμαυρώσειεν (-αιεν B) SB. accedunt multa menda (quae velim ex mantissa critica sumas), de quibus dubites, sintne ex errore orta an ex industria.

D et F inter se non coniuncti sunt nisi quod ex communi fonte SBDF profluxerunt. F mihi dignus videtur, qui diffusius memoretur, cum quamvis plerumque non aliter atque SBD errores totius stirpis communes servet, aliquot tamen locis una cum codicibus alterius familiae lectionem genuinam tradat, uno loco unicus testis sit (261, 9 τῇ σκέπῃ F: τῆς ἐπὶ cett v). sed non modo his quattuor locis recte familiam ΔΜΚΟ sequitur: 268, 2 βαρυνόμενον: βαρούμενον SBD; 268, 12 δίκαιαι: δίκαι καὶ SBD; 269, 29 αὐτὸν τὸν κεκτημένον SBD; 269, 29 ποτε om SBD, sed interdum etiam falso: 245, 8 συνερανιζόμενοι: ἐρανιζόμενοι FΔΚΟ; 260, 14 προάγει: προσάγει FΔΜΚΟ; 262, 5 ἑρπυστικὴν: ἑρπηστικὴν FΔΜΚΟ;

262, 22 ἀλλοιώσεις: ἀλλοίωσις FΔΜΚΟ; 266, 14 μήτε: μὴ FΔΜΚΟ. qua de causa forsitan divinaveris scribam aut ipsius codicis F aut illius exemplaris, ex quo F profluxit, memoria stirpis ΔΜΚΟ usum esse. cave praemature iudices! mira enim ratione loci, quibus F cum ΔΜΚΟ consentit, rarissimi sunt a principio, oratione autem provecta numerosiores fiunt, cum scribae, quos memorias duarum stirpium contaminavisse scimus, a principio intentiores, deinde autem dissolutiores esse soliti sint. mihi quidem videtur SBD ad exemplar de hyparchetypo SBDF descriptum, F autem recta via ad ipsum hyparchetypum redire. ubicumque F cum hyparchetypo ΔΜΚΟ consentit, eum fortuito congruere arbitror.

Iam breviter agemus de huiusce stirpis libris, quos ex apparatu critico seclusi. codex Musei Britannici Bur-
Burn neianus 52 saec. XIII ab eadem manu, ut videtur, qua
52 Vaticanus gr. 1433 descriptus est de S, cuius alteram Gregorii operum partem continet (cf. W. Jaeger vol. II p. XL, F. Müller vol. III 1 p. XLVIII, H. Langerbeck vol. VI p. XXI). orationem In Sanctum Pascha
Saba 1 exhibet foll. 73v-82v. codex Hierosolymitanus Saba 1 membranaceus saec. X mutilus est. parvam textus partem servat (ab initio usque ad p. 249, 25 ὁμοῦ καὶ et p. 255, 9 χρόαν — 256, 18 πάλιν). praeter totius stirpis SBDF menda nonnullos errores codicis D proprios sequitur. apparet D et Saba 1 ad communem fontem redire. ab his non multum differt codex Athous
Pant Panteleemonos 300 saec. XV, ex quo orationis In
300 Sanctum Pascha quartam partem circiter contuli. interdum consentit cum codice D, sed raro, ut et ipse de exemplari codicum D et Saba 1 derivatus esse
Par videatur. codex Parisinus gr. 771 saec. XIV, qui hanc
771 homiliam continet foll. 193v-203r, et ipse testis est familiae SBDF, quem, quamquam neque SB neque D neque F sequitur, non in apparatum criticum recepi,

cum neque rectam neque probabilem ullam lectionem contra communis stirpis memoriam praebeat.

DE FAMILIA ΔΜΚΟ

Δ Codex Parisinus gr. 1175 membranaceus saec. XI (Δ)
litteris minusculis incomptius exaratus est eiusque
singulae lineae magnitudine multum differunt. tituli
aut litterae initiales non modo non rubro colore exornatae sunt, sed etiam ad depingendas litteras initiales
minusculis usus est scriba, quem aut ipsum doctum
fuisse aut virorum doctorum in usum exemplar descripsisse verisimile est. exhibet Δ hanc orationem
foll. 115^{b}r-126r. de reliquis huius stirpis codicibus non
est, cur verba faciam, cum de singulis iam satis dictum
sit. sufficiet, si plane enumerabo: codex Mediolanensis
M Ambrosianus C 135 inf. membranaceus saec. XI (M)
orationem In Sanctum Pascha continet foll. 162r-175^{b}v,
K codex Venetus Marcianus gr. 67 membranaceus saec. XI
(K) eam exhibet foll. 85v-94r. recentiore saeculo codex
M correctus est ab homine non indocto, qui ad corrigendum codicem partem suo ingenio partem exemplari
quodam familiae SBDF usus est. qua de re ex ipsa
mantissa critica certior fies. codex Monacensis gr. 370
O membranaceus saec. X (O), qui foll. 155r-171r nostram
orationem tradit, inter folia 155 et 156 uno folio orbatus
est (p. 246, 16 ἀληθῶς-248, 7 οὐρανῶν). scripsit in margine manus recentior: λείπει σελὶς μία. bona autem fortuna codex Monacensis 107 iam ante descriptus erat, quam folium ex illo excidit, ut lacuna non sit damno. qua de causa apographon substitui in locum codicis O.

Menda, quibus tota familia continetur, totidem fere sunt, quot familiae SBDF, sed genere longe diversi. non enim vir doctus ex industria textum receptum mutavit, sed scriba erravit; plerumque singula verba imprimis articulos vel singulas aut plures litteras omisit: 245, 6 οἴκοθεν om ΔΚΟ; 246, 22 δικαίαις: δίκαις ΜΚο δικαῖς

Δ; 248, 23 ἑαυτοῦ: ἑαυτὸν ΔΜΚΟ; 249, 5 συναχθεῖσαν: συγχυθεῖσαν ΔΜΚΟ; 249, 8 ἡ om ΔΜΚΟ; 249, 9 ὁ om ΔΜΚΟ; 249, 25 συνημμένον: συνηγμένον ΔΜΚΟ etc.

Restat, ut breviter agam de codicibus descriptis, quos
omnes in apparatu constituendo neglexi. de Ambrosiano
M integro neque a manu recentiore correcto (cf. p. 150)
W descriptus est codex Vindobonensis theol. gr. 42 saec.
XII, (W) cuius specimina contuli. ad verbum de O
Mon descriptus est codex Monacensis gr. 107 saec. XVI (cf.
107 p. 151), quem adhibui eo loco, quo O uno folio amisso
(= o) mutilus est, sigloque o eum distinxi. alteri duo codices
hic sunt commemorandi, quorum fontem esse O iam
Par satis est demonstratum: codex Parisinus gr. 585 saec.
585 XVI (cf. p. 151) et codex Matritensis Bibl. nac. 4864
Matr saec. XVI (cf. p. 152). nullius est pretii codex Vaticanus
4864 Urbinas gr. 10 saec. XVII, cum de editione impressa
Urb 10 sit descriptus (cf. p. 152; 190).

DE RECENSIONE MIXTA

Ath Codex Atheniensis gr. 2083 saec. XII (foll. 214r-225v)
2083 vetustissimus est quattuor codicum, qui formam textus
ex memoria duarum familiarum mixtam tradunt. quo ex
Par Ath. 2083 descriptum esse codicem Parisinum graecum
772 772 saec. XV ex erroribus communibus apparet: 248, 26
θεὸς om AthPar; 251, 15 κρατῶν om AthPar; 253, 20-21
εἰς τὸ εἶναι om AthPar; 261, 9 τέρψεως ante ἐπαγαλλόμενος
add AthPar; 265, 18 καὶ τὸ φρικῶδες χάσμα om AthPar.
cum his duobus artissime coniunctus est codex Oxonien-
Linc sis Lincoln G I saec. XIV. quos modo commemoravi
G I codices plerumque cum familia ΔΜΚΟ consentiunt,
lacunas tamen, quibus familia ΔΜΚΟ depravatur,
materia ex familia SBDF sumpta integrant (textus
circiter dimidium contuli): 245, 6 οἴκοθεν om ΔΚΟ add
rec mix; 248, 5 πῶς — ἐβόα non add ΔΜΚΟ add falso (!)
rec mix; 249, 5 καὶ παντὸς ἀμελήσασαν om ΔΜΚΟ add
rec mix; 249, 8 ἡ om ΔΜΚΟ add rec mix; 249, 9 ὁ om

ΔMKO add rec mix; 252, 13 κινούμενον om et verba vicina corruperunt ΔMKO genuinam lectionem restituit rec mix; 252, 20 ἡ om ΔMKO add rec mix; 253, 22 δὲ om ΔKMO add rec mix. quin etiam verba a stirpe ΔMKO recte tradita ad exemplum familiae SBDF interdum commutavit recensio mixta: 248, 8 τοῦ Ἰσραὴλ recte ΔMKO: τῶν Ἰουδαίων SBDF rec mix; 251, 28 ἠφάνισεν recte ΔMKO: κατεδαπάνησεν SBDF rec mix. qua ratione vir quidam doctus duos fontes memoriae in unum confuderit, nunc perspicuum est. quaeritur autem, habueritne, cum librum scriberet, duo exemplaria ante oculos an codicem iam antea scriptum correxerit aut varias lectiones in margine addiderit. correctorem eum fuisse arbitror, quod codex Parisinus
Par gr. 503 saec. XIV (de quo cf. p. 151) lectionum ex
503 familia SBDF conquisitarum alias assumpsit alias sprevit (usus est lectionibus familiae SBDF 249, 5; 252, 13; 253, 22; 251, 28). eligere ei licuisse constat inter textum familiae ΔMKO et varias recensionis mixtae lectiones ex familia SBDF sumptas. omnes autem recensionis mixtae codices, cum praeter memoriam nobis bene cognitam nihil alicuius pretii exhibeant, ex apparatu critico dimisi.

DE EXEMPLARI PRIORUM TEMPORUM UNICO

Errores omnium codicum communes singulatim pertractans probare conabor plerosque non ipsius auctoris vel potius tachygraphi vitio (de hoc genere mendorum cf. H. Langerbeck vol. VI p. LXVII sqq), sed scribae vel scribarum recentiorum ortos esse. 247, 6 τεσσάρων delevi: nota Δ' a librario nescio qua de causa in margine scripta in textum recepta est. an rubricator quidam litteram initialem iterum falso loco exaravit? 247, 8 τὴν ante ἰδίαν addidi articulo ante ἴδιος a Gregorio numquam omisso. 249, 5 † πράγματος: ᾄσματος fortasse scribendum (χοροῦ coniecit Jaeger); verba syllabis

-ματος finita saepe in πράγματος vocem usitatam depravantur. 254, 8 οὓς scripsi (et ἡμᾶς delevi): ὃς cett om S. littera initialis Υ vel a rubricatore non scripta est vel evanuit. cum ἀνακαινίσαι obiecto privatum esset, librarius addidit ἡμᾶς, ut sententiam restitueret. S vidit corruptelam neque scripsit pronomen ὅς, quod, cum referendum esset ad πηγή, imaginem deleret. 258, 4 ὁ ante οὐρανὸς add Langerbeck per haplographiam omissum. 259, 19 οὐ σπείρεις ex I Cor 15, 36 addidi, quoniam sequentia ad hanc ipsam versus biblici partem spectant. 259, 23 ἡμῶν scripsi: αὐτὸν F αὐτοῦ M^2 αὐτῶν cett. suspicor super ἡμῶν scriptum esse αὐτῶν scil ἡμῶν αὐτῶν (sic fortasse scribendum), scribam autem verbi ἡμῶν in loco tantum αὐτῶν scripsisse, cum Gregorius de nostra ipsorum generatione ac resurrectione loqueretur; viderunt mendum FM^2v, quorum suo quisque Marte coniecit. quattuor quae sequuntur menda, eiusdem sunt generis. 261, 9 τῇ σκέπῃ F (viditne in exemplari litteram K an ex 261, 1 coniecit?): τῆς ἐπὶ cett v littera initiali K non scripta. 263, 27 τοῖς S scil ex coniectura: οἷς cett v littera T omissa. 264, 29 ταῦτα scripsi: vidit corruptelam et coniecit αὐτοὺς S αὐτὰ cett v littera T omissa. 266, 28 κἂν τούτῳ M^2O^2 (ex coni?): κἂν οὕτω codd v iterum littera T omissa. 267, 9 κοινῶν ὄντων τῶν: κοινωνὸν τῶν codd ex haplographia. 267, 20 ἐπεισφέρουσιν corr Jaeger: ἐπεισφέουσιν codd v aut P aut Φ littera initiali non scripta. 267, 21 post κακὰ aliquid excidisse apparet. estne interempta tota linea? quot litteras singulae lineae huius aevi exemplarium ceperint, investigari studuit H. Langerbeck vol. VI p. XXVII sqq (cf. infra p. 186 sq). itaque, quae Jaeger coniecit, valde probanda sunt.

Versu biblico p. 259, 19 excepto errores eiusdem sunt generis atque qui exemplari litteris initialibus ornato binis columnis, quarum unaquaeque linea cepit circa viginti litteras, non accuratissime descripto oriri solent.

talibus opera Gregorii libris saeculis VII/VIII tradita esse demonstravit H. Langerbeck vol. VI, p. XVII sqq (cf. etiam infra p. 186 sq).

DE EDITIONIBUS IMPRESSIS

Nullam huius orationis inveni editionem Graecam, quae ante Morellianam anni 1615 impressa esset. Fronto Ducaeus igitur editionem principem praeparavisse videtur aut ex codice O aut ex libro codici O artissime cognato. textus vulgatus enim maxime congruit cum codice O. adiunxit Fronto versionem Latinam Laurentii Sifani primum Basileae anno 1562 editam atque iterum Parisiis apud Sebastianum Nivellium anno 1573 impressam. ex editione altera Morelliana anni 1638 et textum Graecum et versionem Latinam J. P. Migne anno 1858, cum volumen XLVI Patrologiae Graecae edendum curaret, assumpsit. de versione Latina L. Sifani cf. p. 163 sq.

DE TRIDUI INTER MORTEM ET RESURRECTIONEM DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI SPATIO

(vulgo: In Christi Resurrectionem oratio I)

DE CLASSE A (SEXTDUF)

Quibus in unum cogantur codices SEXTDUF, quamquam omnino paene desunt errores, tamen omnes ex eodem fonte vel potius ex iisdem fontibus profluxisse, quoad argumenta suppeditant, demonstrare conabor. sed prius singuli mihi describendi sunt, quam de familiis fusius disseram.

S Codicem Vaticanum gr. 1907 chartaceum saec. XII (S) nemo est, qui tot Gregorii operum voluminibus adhuc editis non noverit (cf. p. 132). hanc homiliam exhibet foliis 71v-74r.

E Codex Vaticanus gr. 446 membranaceus saec. XII (E) et ipse satis iam descriptus est (cf. p. 142). De Tridui Spatio orationem continet foliis 171r-190v.

X Codex Parisinus gr. 1173 membranaceus saec. XI (X) binis columnis scriptus est litteris formae quidem non impolitae, initialibus autem non est ornatus. unaquaeque pagina capit lineas quadraginta novem. orationem De Tridui Spatio exhibet foliis 223v-229v.

T Codex Vaticanus gr. 1990 membranaceus saec. IX/X (T) binis columnis a viro artis pulchre scribendi docto recte scribendi imperito litteris minusculis exaratus est. vix ullam lineam invenies, quae non itacismis aliisve ad orthographiam pertinentibus mendis depravata sit. ordo foliorum disturbatus est, quod post fol. 184 duo folia exciderunt, quorum alterum non iam exstat, alterum hodie non suo loco invenitur, sed numero 192 notatur; quare ordo sic est restituendus: . . . 184, deest, 192, 185, . . . 191, 193. fol. 192 primum folium est

quaternionis μ', folio 193 incipit quaternio μα', ex quo apparet codicem T quondam ex pluribus foliis quam nunc constitisse. nostram orationem exhibent folia 183r-193v, quorum singulae paginae triginta quattuor lineas capiunt.

Quae dixi de scriba codicis T, haec eadem sunt mihi dicenda de scribis codicum D et U. uterque enim litteris minusculis scriptus scatet erroribus. codex Hierosoly-
D mitanus Patriarchicus 6 membranaceus saec. IX/X, quem siglo D distinximus (cf. p. 155), binis columnis quadragenis singulis lineis nitidissime est exaratus, hanc orationem continet foliis 70v-79v.

U Codex Vaticanus gr. 455 membranaceus saec. X (U) binis columnis scriptus foliis 15v-25v continet orationem De Tridui Spatio.

F Codex Parisinus Coislinianus gr. 107 membranaceus saec. XI (F) exhibet hanc orationem foliis 56r-64r (cf. 182); binis columnis scriptus est tricenis lineis. scriba dormitans, ut videtur, unam columnam exemplaris bis descripsit (p. 284, 11 οὕτω—285, 6 πεποίηται), quo fit, ut cognoscere possimus erroribus exemplaris quot menda sua manu addiderit. primum describendo aberrat a textu genuino his locis: 284, 12 ἐργοδίας F; 15 καταρακτῶν F; 18 καλυπτωμένη F; 19 γενόμενα F; 19 ὑποβρύχοιοι F; 285, 1 σοδόμον F; 3 τις: τῆς F; 5 παντελεῖ F. alterum autem his: 284, 12 ἐργοδίας F; 14 ἀπείρων om F; 17 πελάγεσιν F; 18 καλυπτωμένη F; 285, 1 σοσοδόμων F; 4 σκότι F. quid plura opus sunt? ex tot erroribus in codice F inventis quem sine dubio etiam in exemplari adfuisse dixeris? ex quo apparet, quantulum huiusce modi errores valeant ad recensendos codices. nihilo minus, quia fieri non potest, ut prius desperemus, quam omnia temptaverimus, nunc quaeramus, qui codices cum quibus coniuncti quove de fonte derivati sint.

Desunt, ut supra dixi, errores, quibus manifeste probetur, omnes codices classis primae ex una atque eadem

stirpe procreavisse. ratione enim ac disciplina postulare solemus, ut errores, quibus argumentis utamur, omnibus eiusdem familiae codicibus sint communes. nullum invenies locum, quo codices SEXTDUF nisi fortuito in mendis consentiant. saepissime autem accidit, ut duo vel tres vel plures coeant, sed alio loco alii cum aliis. quae cum ita sint, mihi persuasum est, totius familiae communem fontem exemplar fuisse a viro docto variis lectionibus ornatum. quae mihi tantae confidentiae sit causa, fortasse quaeris, cum nullum invenias codicem, qui ullam variam lectionem aut in margine aut inter lineas praebeat. scimus non raro accidisse, ut scribae ex variis lectionibus in exemplari inventis unam solam describerent neque reliquas in librum reciperent. attamen hic illic et lectionem ingenuam descripserunt et variam lectionem insuper in textum inseruerunt. quibus ex erroribus concludi potest in exemplari varias lectiones et correcturas exstitisse. tales mihi quos nunc enumerabo errores esse videntur:

274, 17 θεὸς: υἱὸς τοῦ θεοῦ XT υἱὸς U; in exemplari θεὸς per correcturam in υἱος τοῦ θεοῦ mutatum est verbo υἱὸς suprascripto, quod solum scripsit U.

276, 2 ἰδού: ὅτι EXT ὅτι ἰδοὺ F; ὅτι suprascripto EXT usi sunt lectione varia, F ut verba laudata significaret.

279, 13 ἐστι ante βίος transp EXU om D; verbum omissum atque postea (in margine?) additum non suo loco inseritur aut (a codice D) neglegitur.

281, 10 εἰς ἡμᾶς ante παρὰ add EF ante θαύματα add D. verba postea addita diversis locis inseruntur.

282, 15 λέγουσα ante τὸ transp U ante 16 ἐκ EX. non est, cur verba faciam.

287, 12 κατὰ: καὶ SEDUFG καὶ κατὰ XT; καὶ saepe pro κατὰ scriptum XT scripserunt una cum vera lectione κατὰ ex correcta ut videtur in exemplari adscripta.

289, 16 εἶπεν post αὐτὰς transp SETD iterum scripsit X; codex X verbum εἶπεν, quamquam suo loco scripserat,

addidit eo loco quo (ex correctura?) transpositum erat in exemplari.

290, 3 κερματιζούσης: διασχι (-η- D) ζούσης DT διασχηματιζούσης X; scriptum erat in exemplari διασχι super κερματιζούσης vel διασχη.

290, 21 σὺν τῷ λῃστῇ: τοῦ θεοῦ EXT om D. verbis horridis deletis vir humilis atque angustus cavit ne latronem in paradisum admitteret, alii viderunt corruptelam alii non viderunt, D verba deleta reliquit deleta.

294, 3 τουτέστιν ἡ ψυχὴ ἀπὸ τοῦ σώματος ante ἡ add DF. scholia in margine aut inter lineas scripta in textum irrepsisse, non desunt alia exempla, quibus probetur.

295, 5 ὡς: ὥστε ST ὥστε ὡς X. scripsit X et genuinam et variam lectionem.

297, 11 τύχη post οὖσα transp SEXTUF post σελήνη D; verbum in exemplaris margine scriptum ut videtur non suo loco inseruerunt libri classis a.

299, 3-4 scholium οὐ γὰρ διὰ τὸν ἄνθρωπον a viro docto (inter lineas?) additum U pro textu sumpsit, X more suo utrumque scripsit, D neutrum.

301, 5 ταῦτα: πάντα E ταῦτα πάντα X. iterum X omnia, quae in exemplari invenit, ilico scripsit.

Notandum est bene omnibus his locis, quos enumeravi, codices erroribus inter se differre i.e. ubique duos errores in eodem loco describendo natos esse; multo autem saepius scribas in duas solas lectiones (et genuinam et variam), e quibus, quam scriberent, seligenda erat, incidisse, quis negaverit? qua de causa, ut opinor, fit, ut codices plus inter se differant, quam codices eiusdem classis solent. accedit, quod non raro sua sponte textum receptum mutaverunt, quod uno exemplo si demonstrabo, satis sit: 282, 7 ἃ εἶπε: εἶπε ETF εἶπε γὰρ DU εἶπας X εἶπα S. quid praebuit archetypus? an εἶπε ἅ? suo quisque ingenio mendum corrigere conatus est, nulli successit.

DE CODICIBUS DU

Codices classis primae non artioribus vinculis coniuncti sunt duobus DU exceptis, qui plus quam quinquaginta praebent errores proprios, quos enumerare, ne paginis abutar, supersedeo. praeterea non haberem, quae de his dicerem, nisi U nonnumquam alteram classem sequeretur. cum GMKOΛ conspirat falso: 275, 7 αὐτοῦ om UGMKOΛv; 281, 8-9 θεωρήσαντα ἐν αὐτῷ (ἑαυτῷ Λ) UGMKOΛv; 284, 11 καθάπερ παίζοντα: καταπαίζοντα UGMKOΛv; 287, 4 ἀπ' ἐμοῦ om UGMKO Λv; 292, 15 ἡ pr om UGMKO; 295, 15 τῇ φύσει om UGMKOΛv; 296, 13 μίξις om UGMKOv; 304, 21 ἡμῖν om UGMKOΛv; lectionem genuinam cum altera classe praebet communem 277, 6 καταδυόμενον UGMKOΛv: δυόμενον SEXTD om F; 285, 22 καὶ δυνάμεις habent UGMKOv om cett; 289, 11 μνημείου UGMKOΛv: μνήματος cett; 295, 12 ἐπισκεψόμεθα UGMKOΛv: ἐπελευσόμεθα (-μενος S) cett; 296, 21 οὐ δοκεῖ suo loco scripserunt UGMKOΛv post 22 παρὸν transp cett. mihi quidem non est dubium, quin exemplar codicis U cum alterius classis libro collatum atque hic illic correctum sit.

Difficile est diiudicatu, num exemplar codicum DU variis lectionibus fuerit ornatum. materia enim, qua hoc probetur, exigua in ipsis codicibus invenitur:

278, 10 ἐν τῇ: ἡ D ἡ καὶ ἡ U; quid sibi vult U? nempe voce καί, qua scribae utebantur, ut variam introducerent lectionem, significavit exemplar ἡ variam esse lectionem pro ἐν τῇ. et ipse autem et D iam scripserant ἡ!

283, 5 ἐν κακίᾳ: ἐκεῖνον D; ἐκεῖνον post νοῦν add U; mihi non est dubium, quin in exemplari ἐκεῖνον super ἐν κακίᾳ νοῦν scriptum sit, quam vocem D variam lectionem, U addendam esse existimaverunt.

303, 16 ἐναποτίθεται: ἐντίθεται D ἀποτίθεται U; quid aliud in exemplari scriptum erat atque ἐν- super ἀπο- vel vice versa?

multi alii loci, qui primo obtutu pretiosissimi esse videntur, nihil valent ad describendum exemplar familiae DU, cum U, ut supra demonstravi, interdum cum altera classe conspiret. e.g. 290, 3 κερματιζούσης: διασχιζούσης (-σχη- D) TD διασχηματιζούσης X; quis est, qui pro certo dicat, sumpseritne U lectionem κερματιζούσης ex exemplari familiae suae an ex alterius classis thesauro? tamen aequo animo confirmare audeo in exemplari stirpis DU varias lectiones exstitisse, cum nobis auxilio veniat tertius liber, Parisinum gr. 771 dico, de quo vide infra p. 171.

DE CODICIBUS CLASSIS A RECENTIORIBUS VEL DESCRIPTIS

De libris codicibus SEXTF cognatis

Z Codex Vaticanus gr. 1433 chartaceus saec. XIII (Z) ad verbum descriptus est de Vaticano S (cf. p. 132).

Bar 199 Codex Oxoniensis Bodleianus Baroccianus 199 membranaceus saec. X mutilus est. foliis 167r-172v textum ab initio usque ad p. 291, 15 ὠνομασμένον exhibet. nulli reliquorum huius familiae codicum coniunctior est, sed haud aliter atque ceteri, etiamsi saepe cum EXT vel duobus eorum consentit, modo hos modo illos sequitur: 273, 13 Χριστοῦ: θεοῦ SEXTDU Bar; 274, 9 γενόμενα XT Bar; 274, 13 εὐλογούμενον SEXTF Bar; 274, 13 γὰρ add SXT Bar; 275, 3 σφαζόμενος DU Bar (!); 275, 5 ἐξήρτηται τοῦ ξύλου EX Bar; 275, 12 ὥστε — προβάτῳ om X Bar; 276, 2 ἰδού: ὅτι EXT Bar; 276, 14 ἐγενήθη om SEXF Bar; 276, 16 ἐξουσιαστής om EXT Bar; 277, 5 ὑπογράφεται EX Bar; 277, 6 δυόμενον SEXTD Bar; 277, 10 δεῖ: οὐδὲν δεῖ T Bar etc. codicem Baroccianum, cum mutilus esset neque varias alicuius frugi lectionis praeberet, quas non alii eiusdem familiae libri, dimisi ex apparatu critico, quamquam vetustissimus est.

Par 503 Codicem Parisinum 503 chartaceum saec. XIV diversis ex libris quam plurima Gregorii opera descripsisse

satis iam notum est (cf. p. 151; 188). orationem De Tridui Spatio descripsit de exemplari non iam conservato, sed non dubitandum est, quin ex eodem fonte hauserit, ex quo tota familia. artioribus vinculis coartatus est cum codicibus EXT atque nonnumquam iisdem erroribus depravatur, quos solus exhibet E. multo tamen saepius discrepat ab E, ut a vero non aberres, si exemplar eius indole atque natura a libris eiusdem classis vetustioribus, quos supra descripsi, non differre existimes. quod paucis mihi licet exemplis demonstrare: 273, 9 φύσιν: πίστιν E Par; 273, 13 Χριστοῦ: θεοῦ SEXTDU Par; 274, 9 γεννώμενα S Par; 274, 19 πᾶν E Par; 276, 2 ἰδού: ὅτι EXT Par; 276, 12 ὠδίνησεν TDU Par; 276, 14 ἐγενήθη om SEXF Par.

Leid Gronov 12 Codex Leidensis Gronovianus 12 chartaceus saec. XVI, cuius specimina (usque ad p. 282, 9 προνομεύσω) contuli, alia Gregorii opera ex aliis fontibus hausit (cf. p. 132 sq; 183). genere ac indole non multum distat ab Parisino 503. primae classis codicibus cognatus est, imprimis libris EXTF, quorum autem nullum solum sequitur. 273, 9 φύσιν: πίστιν E Leid; 273, 13 ἡ om SE Leid; 273, 13 Χριστοῦ: θεοῦ SEXTDU Leid; 274, 9 γενόμενα XT Leid; 274, 13 εὐλογούμενον SEXTF Leid; 275, 5 ἐξήρτηται τοῦ ξύλου EX Leid; 275, 18 τὸν νοητὸν διάβολον λέγω add F Leid; 276, 2 ἰδού: ὅτι EXT ὅτι ἰδοὺ F Leid; 276, 4 μεθερμηνευόμενον add EF Leid; 276, 14 ἐγενήθη om SEXF Leid; 277, 10 οὐδὲν δεῖ T Leid etc. apparet Leidensem descriptum esse de primae classis libro, qui adhuc non servatur.

Mich 44 Codex Universitatis Michiganensis 44 membranaceus saec. X/XI (cf. p. 146), qui hanc orationem foll. 90r-102r exhibet, adversa fortuna summis paginis orbatus est. cum codice F artissimis vinculis coniunctus est, quamquam alterum ex altero descriptum non esse facile cognosces. menda enim propria et lacunas exhibent diversas neque id mirandum, cum constet scribas

saepissime peccavisse (cf. de codice F p. 164). unum et alterum cum F congruentem sequitur codicem classis a atque interdum cum solo F consentit, nullum autem inveni locum, quo cum aliis eiusdem classis libris coniunctus ab F dissentiat. eos tantum locos memoratu dignos esse ratus sum, quibus codex Michiganensis cum solo F congrueret, quod his locis errores fontis, de quo F et Mich derivati sunt, ad lucem prodirent: 275, 18 τὸν νοητὸν διάβολον λέγω add F Mich; 276, 11-12 ἣ — ἔτεκεν om F Mich; 279, 10 δὲ post ποίαν add F Mich; 279, 12 αὐτὴν F Mich; 280, 2 θεοῦ γενόμενος F Mich; 280, 3 ἧς: ταύτης F Mich; 281, 19 καὶ ante τί add F Mich; 285, 17 ἀκολούθως om F Mich; 286, 5 ὄντων: ὀνομάτων F Mich; 289, 11 καὶ εἶπε ταῖς γυναιξὶν ὁ ἄγγελος· ἀνέστη ὁ κύριος add F Mich; 297, 18 τῆς αὐγῆς: ταύτης F Mich; 300, 10 διήκουσαν F Mich; 302, 1 καὶ ante κάτω add F Mich; 303, 18 ἐκεῖνο om F Mich; 304, 21 δὲ ante τί add F Mich; 305, 7 καὶ πατέρα-8 ὑμῶν om F Mich.

Mess 3, Mess 26 — Codices Messanenses Universitatis 3 atque 26 utrumque membranaceum saec. XIII de eodem certe exemplari nisi ab eadem manu descriptum esse permultis, quos soli exhibent, erroribus probatur. qui errores non tribuendi sunt scribae codicis Mess. 3 ut existimavit V. Woods Callahan, vol. VIII 1, p. 384, cum et Mess. 26 eadem habeat menda. cum codicibus TDU artioribus vinculis quam cum ceteris eiusdem classis libris cognati esse videntur, sed rarissime errores stirpis DU proprios exhibent. quam pauci autem loci sint, quibus codd. Mess cum ceteris classis primae libris contra TDU vel unum aut duos eorum consentiant, duarum vel trium paginarum exemplis demonstretur: 273, 6 τι: τις TDUFG Mess; 273, 10 κατὰ om STDU Mess; 273, 13 Χριστοῦ: θεοῦ SEXTDU Mess; 274, 1 ἔξεστι: ἔστι U Mess; 274, 8-9 τὰ — γεγενημένα om DU Mess; 274, 13 γὰρ ante δι' add SXT Mess; 274, 19 καὶ om TDU Mess; 274, 21 εὐγενοῦς TD Mess; 275, 2 γινόμενος TDF Mess; 275, 3 σφαζόμενος DU Mess; 275, 14 τῷ om TDU Mess; 275, 15 ἐκστάσει UG Mess; 275, 20 ἄνυμφον EXTD Mess; 276, 2 ἰδοὺ: ὅτι EXT Mess; 276, 4 ὅ ἐστι: ὅτι XTDU Mess; 276, 10 τὸν λόγον om D Mess; 276, 14 οὗ — ὤμου om TDU Mess; 277, 3 ξύλου καὶ τοῦ ἄρτου D Mess.

DE LIBRIS CODICIBUS DU COGNATIS

Saba 1 — Codex Hierosolymitanus Saba 1 membranaceus saec. X (cf. p. 157) binis columnis scriptus gemellus est codicis D. praeter errores stirpis DU, quos omnes exhibet, plurima codicis D propria menda sequitur, nullum autem, quod solus U tradit. codicem Saba 1, quamquam est vetustissimus, in apparatum non recepi, ne mantissa critica rebus nequissimis inflaretur.

Par 771 — Codex Parisinus gr. 771 chartaceus saec. XIV et ipse rebus ad orthographiam pertinentibus exceptis omnia menda, quae DU communia habent, servat. praeterea saepius errores codicis D proprios exhibet, sed rarius quam Saba 1. imprimis lacunae, quibus D et Saba 1 mutilati sunt, pleraeque nondum in eius exemplar irrepserant. usque ad paginam 280, 11 miro quodam modo ex lectionibus codicum D et U seligit, quo fit, ut modo cum D modo cum U congruat. postea autem contra D non cum U consentit, nisi D deficit. cum U consentit: 274, 1 ἔξεστι: ἔστι U Par; 277, 6-7 ἐκ τοῦ κήτους om SU Par; 277, 10 δεῖ: οὐκ ἔδει XU Par; 277, 13 κρέμανται (sic) post προφῆται transp UF Par; 277, 21 οὖν post ἦλθεν add U Par; 278, 1 φύσεως: ζωῆς U Par; 278, 18 τελείως post σκότος add U Par; 279, 8 τῇ ἡμέρᾳ ante ποιεῖ transp U Par; 280, 11 ἄνεσις EXU Par. scimus non raro accidisse, ut scriba, cum inter varias lectiones seligere posset, initio modo hinc modo illinc textum colligeret, opere autem vix incepto satis haberet textum descripsisse, neque alias lectiones adhibuisse. scribae igitur aut ipsius Parisini 771 aut exemplaris eius textus variis lectionibus ornatus ante oculos fuisse videtur.

an fuit ipsius stirpis DU exemplar (cf. p. 157)?
Iv 677 Codicis Athoi Iveron 677 chartacei saec. XIV speci-
mina tantum (usque ad p. 282, 12) conferre potui.
singula aut plura verba ab DU omissa non omittit,
cetera autem familiae DU menda omnia exhibet.
vetustiorem stirpis DU statum praebeat an lacunas
ex alio fonte suppleverit, propter brevitatem textus a me
Iv 593 inspecti diiudicare non potui. a quo codice non multum
abhorrent codices Athous Iveron 593 chartaceus saec.
Vind XVI Vindobonensis theol. gr. 168 chartaceus saec. XV.
168 utriusque specimina contuli. quas offerunt DU lacunas,
nondum habent, cetera autem menda eorum non
absunt. uterque ex eodem exemplari descriptus esse
videtur, cum rarissime inter se differant.
Dion Ex uno atque eodem quoque exemplari, nisi alter ex
130 altero, descripti sunt codices Athoi Dionysiou 130
Pant chartaceus saec. XVI et Panteleemonos 550 chartaceus
550 saec. XVI. omnes stirpis DU sequuntur errores, prae-
terea plurimos codicis D, nonnullos codicis U. codicis
Iv 656 Athoi Iveron 656 chartacei saec. XVII duo tantum folia
inspicere potui (usque ad p. 277, 8 νυξὶν); quod tamen
satis fuit, ut cognoscerem eum a codicibus Dionysiou 130
et Panteleemonos 550 non nisi singulis litteris differre.
Lawra his tribus certe adnumerandus est codex Athous Lawra
T 117 T 117 chartaceus saec. XV vel XVI ut videtur, ex quo
cum una quaternio excidisset (pag. 273, 14 τοῦτο usque
ad 300, 14 παρατεινόμενον), longe maxima textus pars
nobis non tradita est. quae autem reliqua sunt, suf-
ficiunt, ut asseverare possimus, quod nusquam ab DU
distat, eum ex stirpe DU procrevisse. exigua excerpta
Iv 377 continet codex Athous Iveron 377 saec. XVI: ab initio
usque ad p. 274, 10 ἁμαρτήσεται, praeterea 277, 21
ἦλθεν—278, 11 μακαριότητι et 279, 5 ἐστὶν—280, 13 ἐπισκέπ-
τεται. falso cum aliis libris congruitur his locis: 273, 6 τι:
τις TDUFG Iv; 277, 21 οὖν add U Iv; 278, 5 χάριτος καὶ
add STDUF Iv; 278, 9 τῷ om SEXD Iv; 280, 8 σιδηραῖ

et χαλκαῖ commutant SDU Iv; 280, 11 ἄνεσις EXU Iv.
nullum invenies librum, cum quo codicem Iv 377
coniunctiorem esse pro certo dicas. hoc tamen constat
eum primae classis socium esse.

DE CLASSE B

Alterius classis quos in apparatum criticum recepi
codices, hi sunt: Codex Parisinus gr. 1175 membranaceus
G saec. XI (G), qui orationem De Tridui Spatio exhibet
foliis 94r-106r.
M Codex Mediolanensis Ambrosianus C 135 inf. mem-
branaceus saec. XI (M), cuius tituli artificiose depicti
excisi sunt ab homine nefasto, ut nunc omnium operum
initiis et finibus privatus sit (cf. p. 149 sq). hanc oratio-
nem continet foliis 132r-146v.
K Codex Venetus Marcianus gr. 67 (K) membranaceus
saec. XI (foll. 70r-78v).
O Codicis Monacensis gr. 370 membranacei saec. X (O),
qui hanc orationem foliis 127r-141v tradidit, cum folium
126 excisum sit (manus recentior in margine folii 127r
notavit λείπει ἡ ἀρχή), textus servatus incipit verbo
(ὁλοκαρ-) πώσεως p. 275, 6.
Λ Codex Musei Britannici Old Royal 16 D I membra-
naceus saec. XII (Λ) De Tridui Spatio orationem con-
tinet foliis 347v-355r.
Multis erroribus in unum coguntur: 276, 8-9 ἐξ
ἀνάγκης om GMKOΛ; 280, 2 ὁρᾷς οἴου: ἆρα σοι οὐ
GMKOΛ; 282, 1 αὐτοῦ τὰ νοήματα: αὐτὸν GMKOΛ;
282, 2-3 ἄστρων τοῦ οὐρανοῦ: νεφελῶν GMKOΛ; 282, 3
καθιῶ- 4 νεφελῶν om GMKOΛ; 282, 9 μου om GMKOΛ
secundum LXX; 284, 9 οὐκ ἐν τῷ: οὐ κατὰ τὸ GMKOΛ;
284, 10 καὶ om GMKOΛ; 285, 21 ὁ om GMKOΛ et
ceteris, qui sequuntur, erroribus quindecim. praeterea
codices GMKO soli orationes De Tridui Spatio et Severi
Antiocheni Quod non dissentiunt quattuor evangelistae
(= or. LXXVII, edd. M. A. Kugener et E. Triffaux,

Patrologia Orientalis, vol. XVI 5, Parisiis 1922) et Gregorii In Sanctum Pascha, vulgo orationes In Christi resurrectionem I, II, III hoc eodem ordine ponunt. continet Λ orationem In luciferam sanctam Domini resurrectionem foll. 327r-328v et De Tridui Spatio atque Severi orationem LXXVII foll. 347v-360v. nescio, an scriba alterum volumen confecerit, cui In Sanctum Pascha inseruit.

DE FAMILIA MKOΛ ET DE EDITIONE VULGATA

Excepto G omnes classis b libros unam constituere familiam compluribus erroribus, quibus soli depravati sunt, comprobatur: 277, 18 δυναστείας: δυνάμεως MKOΛ; 279, 12 αὐτῇ MKOΛ; 280, 17 ὁ κύριος, ἥτις ἐστὶ τοῦ νοῦ ἐκείνου ἐνδιαίτημα e pag. 281, 2-3 add MKOΛ; 281, 10 δι': παρ' MKOΛ; 281, 10 παρὰ om MKOΛ; 282, 5 ἑαυτῆς MKOΛ; 283, 8 τοῦ χρόνου om MKOΛ; 283, 16 ἆρα δυνατὸν: ἀδύνατον MKOΛ; 283, 21 μέτρον om MKOΛ; 284, 9 ἄπονον MKOΛ; 286, 23 τῷ om MKOΛ; 287, 13 καὶ ante ἑαυτὸν add MKOΛ etc.

W De codice M nondum ab altera manu paucis locis correcto descriptus est codex Vindobonensis theol. gr. 42 (W) (cf. W. Jaeger, vol. VIII 1, p. 25 sq. sed cf. p. 150 sq).

Est 249 Codicis Mutinensis II G 13 olim Estensis 249 saec. XV/XVI quinque circa paginarum phototypias inspexi. quamvis alicuius momenti errores, quos proprios exhibet K, rarissimi sint certisque exemplis demonstrare non possim eum ex K descriptum esse (cf. Fr. Müller, vol. III 1, p. XIX), tamen veri simillimum est, cum neque codicis M neque O neque Λ errores sequatur.

Libri aut de ipso Monacensi O aut de codice cum eo cognato descripti iam bene noti sunt, ut nihil eis, quae scripsit W. Jaeger vol. VIII 1, p. 115-124, me addere oporteat. sunt

Par 585 codex Parisinus gr. 585 chartaceus saec. XVI

Par 586 codex Parisinus gr. 586 chartaceus saec. XVI

Mon 107 codex Monacensis gr. 107 chartaceus saec. XVI

Matr 4864 codex Matritensis 4864 chartaceus saec. XVI.

Magnam prolem progenuit codex Λ. eodem ordine opera Gregorii praebent iisdemque erroribus depravati
Q sunt codex Taurinensis C I 11 chartaceus saec. XIV (Q) atque codices ex eo descripti (cf. W. Jaeger, vol. VIII
Ott 119 1, p. 150; J. P. Cavarnos vol. VIII 1, p. 233) Vaticanus
Montep 122 Ottobonianus 119 chartaceus saec. XVI et Montepessulanus Universitatis 122 chartaceus saec. XVI. uno
Vat 1729 loco (lacunam p. 276, 15 non exhibent) excepto codices Vaticanus gr. 1729 saec. XVI et Parisinus gr. 1010 saec.
Par 1010 XVI nusquam a Λ dissentiunt. cum autem p. 276, 15 locus biblicus laudetur, nihil obstat, quin sua sponte textum decurtatum redintegraverint. omnino non ab-
Urb 14 horrent a Λ (nisi propriis erroribus) codex Vaticanus
Par 1096 Urbinas gr. 14 saec. XV et codex Parisinus gr. 1096 saec. XVI.

DE EDITIONIBUS IMPRESSIS

Orationem De Tridui Spatio primum Graece edidit Fronto Ducaeus S. J. Ingolstadii anno 1596 ex codice Montepessulano 122, ut videtur. lacunas enim, quibus textus Graecus a Frontone constitutus mutilatus est, solus Montepessulanus exhibet. Fronto, cum editionem Morellianam primam anni 1615 curaret, lacunas ex duobus aliis codicibus (de quibus vide paulo infra) supplevit nonnullos errores correxit versionemque Latinam Petri Zini hic illic castigavit. omnia tamen, quae ad corrigendam editionem principem contulit, in annotationibus tantum, quae nunc etiam vol. XLVI p. 1205-10 editionis Mignei leguntur, collegit neque usquam textum Graecum, sed solam versionem Zini commutavit. quo fit, ut editionis principis textum aliquot locis

mutilatum Mignei quoque editio exhibeat. quae de codice Morelli dixit Fronto in annotatione ad col. 602A editionis vulgatae posita et de codice in editione principe curanda a se adhibito (ad col. 605A), optime conveniunt cum codice Montepessulano 122. Fronto, quoniam in aliis quoque operibus Gregorii edendis saepius codice Montepessulano 122 utebatur (cf. p. 153), mihi non iam dubium est, quin ad praeparandam editionem principem orationis De Tridui Spatio eundem codicem, quem et alibi „codicem Morelli" nominavit, adhibuerit.

De codice Theodori Canteri Ultraiectensis ex notis Ducaei nihil certi invenies, nisi eum cum codicibus MKO cognatum esse, quod uno loco collato probatur: 280, 2 (= 606B M.) ἄρά σοι οὐ κόσμου γίνεται codices MKO et liber Canteri exhibent. codex Canteri non iam exstare videtur (cf. P. Alexander vol. V p. 273).

Tertium quem ante oculos habuit codicem Fronto Ducaeus, nominavit „codicem Regium Henricum II". eum maxime cum codice E cognatum esse ex notis Ducaei apparet. quattuor locis cum solo Parisino 503 congruit: 285, 23 τῷ καθηγουμένῳ Par 503 et Regius; 292, 2 καταμίξασα Par 503 et Regius; 294, 17 νενομοτεθεῖσθαι sic Par 503 et Regius; 298, 16 παραφύλαγμα Par 503 et Regius. veri simile igitur est codicem regium eundem esse, qui nunc in bibliotheca Parisina numero 503 distinguitur.

Editionem suam iterum cum notis, ut supra dixi, apud Claudium Morellum Parisiis anno 1615 sub prelum misit Ducaeus. qua ex editione descriptus est codex
Urb 10 Vaticanus Urbinas gr. 10 (cf. p. 190). editione altera Morelliana anni 1638 usus est J. P. Migne, cum Patrologiae Graecae volumen XLVI edendum curaret.

Versionem Latinam Petri Francisci Zini, quae primum prodierat anno 1553 Venetiis ex officina Aldina atque iterum ac tertium impressa est Venetiis a B. Zalterio anno 1574 et Parisiis a Seb. Nivellio anno 1573, Ducaeus coinunxit cum textu Graeco a se constituto, cum editionem Morellianem primam edendam curavit. codicem, ex quo Zinus orotionem De Tridui Spatio Latine reddidit, cum codice S maxime cognatum esse ex mendis, quae inter libros manu scriptos exhibet solus S (et apographon eius Z). apparet. ex quibus pauca afferam: 274, 15 ὁ θεός: κύριος S „Dominus" Zinus; 274, 18 πάλιν om S et Zinus; 279, 14 ἄστρα — ἀρεταὶ transp S et Zinus (cf. Ducaei notam); 287, 5 γὰρ add S "enim" add Zinus; 288, 10 ἁμαρτίας: σωτηρίας S "pro... salute" Zinus; 299, 12 τοῦ μεγάλου om S et Zinus. eiusdem orationis versionem Latinam confecit Laurentius Sifanus, quae Basileae anno 1562 impressa est.

Codicem Cryptensem B.a. 55 membranaceum palimpsestum saec. VIII cum Hilda Polack inspiceret, eum arte chimica tam graviter laceratum invenit, ut frustula tantum nonnullarum litterarum legere posset. trium codicum tabellae photographicae mihi non suppeditabant; qua de causa non inspexi codicem Bodleianum Baroccianum 108 saec. XVI, qui quattuor foliis (169v-172r) excerpta orationis De Tridui Spatio continet, codicem Athoum Esphigmenou 49 saec. XII, codicem Lesboum Leimonos 87 saec. XVI.

IN SANCTUM ET SALUTARE PASCHA

(vulgo: In Christi resurrectionem oratio IV)

Codices recentiores, quibus memoria huius brevis orationis traditur, aut ex uno codice Parisino Cois-
F liniano 107 membranaceo saec. XI (F) aut ex exemplari codici F cognato derivantur. propriam enim praebent nullam lectionem alicuius frugi nisi divinatione inventam. errores codicis F aut non intellegunt aut falso
Berol corrigunt. sunt
Phil 1443 codex Berolinensis Phil. 1443 chartaceus saec. XVI,
Ott 247 codex Vaticanus Ottob. gr. 247 chartaceus saec. XVI,
Par 586 codex Parisinus gr. 586 chartaceus saec. XVI,
Mon 221 codex Monacensis gr. 221 chartaceus saec. XVI,
quos cur in apparatum criticum recipiam, non habeo. quantum enim a textu genuino aberrent, ex editione vulgata, quacum maxime congruunt, satis est perspicuum. quibus adnumerandus est codex Vaticanus
Urb 10 Urbinas gr. 10 chartaceus saec. XVII, qui descriptus est de editione impressa Parisina prima (cf. p. 190). non aliter sentio de codice Atheniensi 378 chartaceo saec. XVIII (cf. p. 152).

Codicem F, qui hanc orationem exhibet foll. 8v-82r, pretiosum esse testem mantissa critica aliorum Gregorii, quorum memoriam tradidit, operum inspecta facile cognosces (cf. p. 156 sq). qua re, quamquam unus codex nobis sit praesto, textus non multum depravatus esse mihi quidem videtur.

Habuit orationem Gregorius, ut videtur, eodem die, quo magnam orationem De Tridui Spatio. iisdem enim saepe sententiis, iisdem nonnumquam vel verbis usus est.

DE EDITIONIBUS IMPRESSIS

Cum propter brevitatem orationis codices recentiores

omnino non inter se differant nisi rebus pusillis, nimirum et editiones impressae et versiones Latinae, ut ex diversis codicibus derivatae sint, tamen eandem faciem, ut ita dicam, proferunt. quae cum ita sint, quamquam ex editionibus impressis reperiri non potest, quos codices editores adhibuerint, tamen arbitror, quem sibi quisque codicem proximum invenit, eo usos esse editores. Ioachim Camerario (Kammermeister) codex nunc Berolinensis Phil. 1443 ad praeparandam editionem, quae anno 1564 Lipsiae prodiit, et Davidi Hoeschel codex Monacensis 221, ex quo ederet Augustanam editionem anni 1587, praesto fuisse videntur. Fronto Ducaeus editione Augustana et versione Latina L. Sifani (cf. p. 153 sq) usus est, cum editionem Morellianam Parisiis anno 1615 curaret, unde textus et versio Latina per alteram editionem Morellianam anni 1638 in Mignei Patrologiam Graecam pervenerunt.

Henricus Oelschlegel, qui Dresdae anno 1628 hanc orationem edidit, librum manu scriptum an impressum adhibuerit, discerni non potest.

IN LUCIFERAM SANCTAM DOMINI RESURRECTIONEM


(vulgo: In Christi resurrectionem oratio V)

DE CODICE Λ

Λ Codex Musei Britannici Old Royal 16 D I membranaceus saec. XII (Λ), qui exhibet hanc orationem foll. 327r-328v unus in textu constituendo est respiciendus. de exemplari litteris minusculis scripto eum depictum esse ex genere errorum, quos scriba in ceteris Gregorii operibus describendis commisit, apparet (cf. e.g. quos affert Fr. Müller, vol. III 1, p. XXIII). imprimis ε pro ο, ε pro α et huius modi cetera scribere solet neque raro singula verba aut omittit aut addit aut transponit. quae cum certe videamus, magno sunt nobis emolumento ad huius oratiunculae textum, quoad possumus, emendandum: 315, 7 ἀποσκιάσαντα Langerbeck: ἐπισκιάσαντα Λv; 315, 14 ἀφήπλωσε Langerbeck: ἐφήπλωσε Λv; 316, 22 ὠρύετο scripsi: ὠρυᾶτο Λv; cetera dimittam. ultimam lineam exemplaris nescio qua re non integram descripsisse videtur librarius, cum textus verbis εἰς τοὺς finiatur.

DE CODICIBUS DESCRIPTIS ET DE EDITIONIBUS IMPRESSIS

De codice Λ descriptus est (cf. p. 144; 188) codex
Q Taurinensis C I 11 chartaceus saec. XIV (Q), ex quo
Ott 119 procreverunt codex Ottobonianus gr. 119 chartaceus
Montep 122 saec. XVI (cf. p. 144; 189) et codex Montepessulanus Univ. 122 chartaceus saec. XVI (cf. p. 144; 189). codicem Montepessulanum 122 Fed. Morelli in manibus fuisse, quamquam P. Alexander vol. V p. 270 sqq. aliquantulum dubitat, mihi quidem certum videtur (cf. infra p. 189). quod probatur erroribus, quos editio vulgata cum



solo codice Montepessulano ab altera nescio cuius (an ipsius Morelli?) manu correcto communes exhibet: 316, 15 διελάμβανον Λ διελάμβανεν Montep² v; 316, 15 τὸν om Montep v; 317, 13 ἐκλυπεῖ Λ: λύπει sic Q Montep ἐλύπει Montep²v; 317, 16 πάθη Λ: πάθ sic Montep πάθος v ex coniectura ut videtur. Fed. Morellus igitur hanc orationem graece primus ex codice Montepessulano 122 anno 1600 Parisiis edidit una cum sua versione Latina. quam editionem adhibuit Cl. Morellus, cum editionem Parisinam anni 1615 imprimendam curavit, de qua descriptus est codex Vaticanus Urbinas 10 chartaceus saec. XVII (cf. p. 190). editione Morelliana iterum anno 1638 Parisiis impressa usus est Migneus in vol. XLVI Patrologiae Graecae (v).

IN ASCENSIONEM CHRISTI

Orationem In Ascensionem Christi qui conservant codices, quamquam non sunt rariores, tamen propter brevitatem orationis parum inter se differunt. quae cum ita sint, perdifficile est inveniri, qui codices in familias coeant quive de quibus descripti sint. nihilo minus, quoad possum, conabor libros in certas familias distribuere.

DE FAMILIA CF

C Codex Athous Dionysiou 71 membranaceus saec. X
(C), qui hanc orationem foliis continet 313v-315v, binis
columnis scriptus nitidissime litteris minusculis cum
F codice Parisino Coisliniano 107 membranaceo saec. XI
(F) (foll. 144v-146v) et ipso binis columnis scripto
litteris minusculis cognatus esse videtur: 323, 9 καὶ
habent CF om cett; 324, 8 ἐκτύπωμα CFOv: ὁμοίωμα
cett; 325, 2 τῆς habent CF om cett; 325, 9 τῆς habent
CFΛ om cett; 325, 14 μηδέ: μήτε CFΛ. erroribus orthographicis exceptis codex C nulla exhibet menda. quo fit, ut diiudicare non possim, descriptus sit codex F de C necne.

DE FAMILIA SMKO

Huius familiae, quibus in unum coguntur codices, errores tam rari sunt quam familiae CF. praeterea Monacensis O eo in loco (324, 8), quo ceteri glossema ὁμοίωμα pro vera lectione ἐκτύπωμα exhibent, nescio quomodo familiam CF sequitur, ut diu vererer omnes hos codices in unam familiam confundere, sed non habui, cur ultra disiungerem.

Λ Codex Musei Britannici Old Royal 16 D I membranaceus saec. XII (cf. p. 187), quem siglo Λ distinguere

soliti sumus, errores habet aliquos proprios, quibus
filium et nepotes eius facile cognosces: 325, 3 ἡ γῆ om Λ
et codices ex eo derivati; 325, 12 πονηρᾷ: ῥυπαρᾷ Λ et
derivati etc. ex codice Λ textum sumpsit codex Tauri-
Q nensis C I 11 chartaceus saec. XIV (Q), de quo descripti
Montep sunt codex Montepessulanus Universitatis 122 charta-
122 ceus saec. XVI (cf. p.144; 189) et codex Ottobonianus
Ottob gr. 119 chartaceus saec. XVI. de quibus, cum iam alii
119 disseruerint (cf. W. Jaeger vol. II, p. LX; vol. VIII 1,
p. 100. 146. 150; J. P. Cavarnos vol. VIII 1, p. 220. 223;
Fr. Müller vol. III 1, p. XXXI. LI), nova afferre argu-
S menta supersedeo. neque de codice Vaticano gr. 1907 (S)
chartaceo saec. XII (foll. 84v-85r) neque de eius apo-
Z grapho Vaticano gr. 1433 (Z) chartaceo saec. XIII
habui, quae notis adicerem.
M Codices Mediolanensis Ambrosianus C 135 inf. (M)
membranaceus saec. XI (foll. 176r-177v), Venetus
K Marcianus gr. 67 (K) membranaceus saec. XI (foll.
O 94r-95v), Monacensis gr. 370 (O) membranaceus saec.
X (foll. 171v-174r) uno loco excepto non inter se
differunt nisi rebus pusillis. p. 324, 8 ἐκτύπωμα conservat O, cum reliqui huius familiae codices variam
lectionem ὁμοίωμα praebeant. itaque eiusdem stirpis
Ath codices recentiores atque descripti dividi possunt in
2083 duas partes. aliquot ex fonte O prosiliunt, duo ex
Leid reliquis. codex Atheniensis gr. 2083 chartaceus saec.
Gron 12 XIII et codex Leidensis Gronovianus 12 chartaceus
Mon saec. XVI p. 324, 8 ὁμοίωμα exhibent, sed desunt vin-
107 cula, quibus artius colligantur aut cum M aut cum K.
Par 585 praeter codices Monacensem gr. 107 saec. XVI, Pari-
Par 586 sinos gr. 585 et 586 et ipsos saec. XVI et Matritensis
Matr gr. 4864 saec. XVI (cf. p. 152) lectionem ἐκτύπωμα
4864 ex codice O acceptam servat.
Urb 10 Tres restant codices, quos ex editione impressa
Ath descriptos esse aut constat (cf. p. 190) aut suspicor (cf.
457 p. 152): codex Vaticanus Urbinas gr. 10 saec. XVII,

Ath codex Atheniensis 457 saec. XVI vel potius XVII,
378 codex Atheniensis gr. 378 saec. XVIII.

DE EDITIONIBUS IMPRESSIS

Quem codicem adhibuerit David Hoeschel, cum anno 1587 Augustae Vindelicorum editionem principem praepararet, ex minutissima materia, quam praebet ipsa oratio, reperiri non potest. nihilominus, quoniam alia Gregorii opera ex codice Monacensi 370 aut ex eius apographo Monacensi 107 in lucem protulit Hoeschel (cf. p. 153) et textus editionis Hoeschelii bene quadrat cum codicibus Monacensibus, iure concludimus eum et orationem In Ascensionem Christi ex altero codice Monacensi edidisse. qua via textus Graecus, cui versionem Latinam Petri Francisci Zini anno 1553 apud Aldos filios Venetiis impressam adiunxit Fronto Ducaeus, in editionem vulgatam Mignei pervenerit, iam satis notum est (cf. p. 154). codices, ex quibus orationem Latine verterunt P. Zinus et L. Sifanus (de quo vide p. 153 sq; 162), propter exiguam materiam inveniri nequeunt.

DE DEITATE ADVERSUS EUAGRIUM

De Deitate Adversus Euagrium oratio, quae vulgo In Suam Ordinationem inscribitur, traditur duabus familiis codicum, quae quamquam multum differunt, eiusdem fere sunt pretii. omnes codices contuli ex tabellis photographicis, iterum examinavit Henricus Happ.

DE FAMILIA TV

T Familia TV ex duobus tantum codicibus constat: Codex Taurinensis B I 4 membranaceus saec. XI (T) orationem De Deitate Adversus Euagrium exhibet ff. 90v-93v. exaratus est binis columnis et verba exemplaris tam fideliter descripsit, ut ne singulas quidem litteras de exemplari unciali quondam falso transcriptas commutaverit: 332, 1 σφριγῶντας: φρίττοντας T; 333, 12 οὗ ἡ: οὗν T; 335, 1 παρῳδήσας: παιωδήσας T; 340, 13 διαπηδῶσα: διαπηλῶσα T. ex eodem fonte atque T derivatus est codex Vaticanus gr. 1759 chartaceus saec.
V XVII (V). orationem nostram praebet ff. 1r-5v. licet hic codex neglegatur in aliis libris Gregorii recensendis (cf. G. Pasquali vol. VIII 2, p. XXX), orationis De Deitate Adversus Euagrium formam textus antiquissimam conservavit. cum codice T artissimis vinculis ita coniunctus est, ut apparatu inspecto nemo neget T et V ex eodem exemplari vetustissimo profluxisse. de hoc exemplari pauca dicam: multis erat erroribus corruptum, multis verbis omissis mutilatum, multis tamen locis solum lectionem genuinam conservaverat. duobus locis vel correctionem vel variam lectionem suprascriptam esse e textu codd. TV apparet: 333, 1-2 τοῦ μαρτυρίου super τοῖς Ἰσραηλίτοις scripserat; solam variam lectionem exhibet V, insuper in textum inserit T. 335, 9

super κακὸν scriptum erat μή, ut textum περὶ τὸ κακὸν in περιτομῇ depravaverit T, in περὶ τὸ μὴ ὂν V. singulis vel binis verbis, quae omittunt, exceptis duas lacunas communes habent TV: omittunt 333, 23 οὐ—θεοὺς (spatium 36 litt) et 338, 4 ἔχουσι—τὴν (25 litt). quarum lacunarum alteram vetustiorem esse quam exemplar codd TV ex eo perspicuum est, quod verbum λαβόντες ex coniectura est additum, ut sensus sententiae restitueretur. codex V autem multo plures lacunas exhibet. qua de causa in eum nunc animum intendamus. 331, 9 τῷ κοινῷ συσσιτίῳ om = 15 litt, sin autem variam lectionem codicis T respicias, divinari possis in exemplari scriptum esse τῶν κοινῶν συσσιτίων = 18 litt; 332, 2 πρὸς τοὺς ἀγωνιστὰς om = 17 litt; 332, 8 ἐστι — ἐτιθηνήσατο om = 42 (= 2 x 21) litt; 333, 23 οὐ — θεοὺς om = 36 (= 2 x 18) litt; 335, 13 ἄλλος — δηλούμενος om = 36 (= 2 x 18) litt; 337, 4-7 ὄφελον — ἐπιτήδευσιν om = 109 (6 x 18) litt; 337, 20 καὶ — παντὸς om = 18 litt; 340, 3 καὶ — λόγον om = 21 litt; 340, 17 ἀναψυχει — καὶ om = 21 litt; 340, 19 ἐπεὶ — διψῶντες om = 47 litt; 341, 8 καὶ — θεῷ om = 29 litt. ultimis duabus lacunis neglectis, quas recentiores esse (codex est saec. XVII) suspicor, invenies numerum litterarum, quae sunt omissae semper 18 vel 21 aut semel aut multiplicatum esse. itaque concludere non vereor exemplar litteris uncialibus exaratum esse binis vel etiam ternis columnis et unam quemque lineam spatium 18 litterarum occupavisse. convenit cum his lacuna codicibus TV communis 333, 23 οὐ — θεοὺς 36 = 2 x 18 litteris omissis, quo loco in exemplari duae lineae evanuisse videntur, cum neque codex T neque V eas exhibeant. lacunas autem 21 vel 42 litterarum et ipsas lineis omissis arbitror natas esse sed recentiore tempore. sed non lineas integras solum et singula vel plura verba omiserunt TV sed singulis etiam litteris nonnumquam omissis verba decurtaverunt et id plerumque prima littera non scripta: 332, 15 γλυφαῖς: ὑφαῖς TV; 338, 17 ἀσταχύων: σταχύων TV; 339, 5 ὅπως: πῶς TV; 331, 12 ἐπισίτιος: ἐπέστιος T ἐφέστιος V. qua de causa divinari audeo exemplar codicum TV litteris initialibus, quae nominantur, rubro colore depictis ornatum esse, rubricatorem autem officio suo neglegenter functum esse.

Fortasse non desunt, qui dicant, parum exemplarium me contulisse, quam ut aliquid tam certum dici possit. scio et veniam peto propter exiguam materiam, quam libellus, qui nonnullas tantum paginas implet, praebere potest. sed legant, quae H. Langerbeck explicavit in praefatione commentariorum In Cantica Canticorum (vol. VI, p. XVII sqq), neque diutius negabunt opera Gregorii saeculis VI et VII huiusce indolis codicibus tradita esse.

DE FAMILIA PSEΛ

P De codicibus P = Vaticano gr. Pii II 4 membranaceo
S saec. XI (ff. 299 v-304v) et S = Vaticano gr. 1907 chartaceo saec. XII/XIII (ff. 28v-29v) cum iam alii luculenter disseruerint (cf. supra p. 132), non habeo, quae de singulis dicam. codicem Vaticanum gr. 446
E membranaceum saec. XII (= E), qui orationem De Deitate Adversus Euagrium ff. 280r-286r continet, descripserunt W. Jaeger vol. VIII 1, p. 99 et V. Woods Callahan vol. VIII 1, p. 360. quartus eiusdem familiae, quem in apparatum criticum recepi, est codex Lon-
Λ dinensis Mus. Brit. 16 D I (Λ), de quo cf. quae scripserunt W. Jaeger vol. VIII, 1, p. 99.158; J. P. Cavarnos vol. VIII 1, p. 231; F. Müller vol. III 1, p. XXIII; H. Langerbeck vol. VI, p. XXIV. orationem nostram foliis exhibet 338r-340v.

Nihil dicam de singulis, pauca de universis: omnes codices huius familiae ad unum fontem redire multis mendis communibus manifestum est, ex quibus nonnulla hic ponam selecta. 336, 5 ἐκεῖθεν PSEΛ; 337, 3


ἢ — ζέειν alt om PSEΛ; 338, 2 προσιδεῖν: πρὸς ἰδέαν PSEΛ; 338, 13 μή μέ τις: μηδεὶς PSEΛ; 339, 1 καὶ — ὁρώμενα om PSEΛ. textus, quem familia PSEΛ praebet, erroribus haud perquam corruptus esse videtur, si cum stirpe TV comparas. sed politior est quam rectior; nam TV errores, quos in exemplari invenerant, intactos plerumque conservaverunt, PSEΛ autem correxerunt et id persaepe falso. itaque ex familia PSEΛ saepe difficile est repertu, quaenam sit exemplaris lectio, cum ex TV facile divinari possis, quid legerint in exemplari suo. qua de causa de forma, scriptura, aetate communis codicum PSEΛ exemplaris plura investigare nequivi.

Iam pauca de codicum PSEΛ apographis, quorum nullum in apparatum criticum recepi, et de editione vulgata. Vat 445 De codice Vaticano P vel de eius apographo descripti sunt (cf. supra p. 131) codex Vaticanus gr. 445 saec. XVI (ff. Ambr Q 14 sup 121v-123v) atque codex Ambrosianus Q 14 sup. saec. XV (460r-465r). nec iam amplius est dubium, quin codex Vaticanus gr. 1433 saec. XIII (Z) ex Vaticano S de- Z scriptus sit (cf. supra p. 132). orationem De Deitate Adversus Euagrium exhibet ff. 61r-63v. codex Pari- Par 503 sinus gr. 503 chartaceus saec. XIV, qui singula Gregorii opera ex diversis fontibus hausit (cf. W. Jaeger vol. VIII 1, p. 99, 158; V. Woods Callahan vol. VIII 1, p. 360 sq), orationem De Deitate Adversus Euagrium ex codice Vaticano E sumpsit. nam ad verbum fere cum E consentit et menda propria, quae E praebet, servavit. Q Codex Taurinensis gr. C I 11 chartaceus saeculi XIV (= Q), qui hunc librum ff. 100v-102r continet, perdifficilis est lectu, cum incendio graviter sit laceratus; cf. W. Jaeger vol. II p. LX, vol. VIII 1, p. 100, p. 146; J. Cavarnos vol. VIII 1, p. 220; F. Müller vol. III 1, p. L. ad verbum fere sequitur codicem Λ et in oratione De Deitate Adversus Euagrium describenda, id quod maxime apparet eis locis, quibus cum solo Λ congruitur, e.g. 334, 21 ἡμεῖς τῆς ἀγωγῆς ὁ πλοῦτος iterat ΛQ;

Ottob 119 339, 10 εἴποι ΛQ. codicem Vaticanum Ottobonianum 119 saec. XVI (ff. 262r-267r) inspicere nequivi, sed ex duarum vel trium paginarum collatione a sodali quodam Americano confecta inveni Ottobonianum 119 hanc orationem eodem modo atque cetera Gregorii opera, quae continet, ex Taurinensi Q hausisse (cf. W. Jaeger vol. VIII 1, p. 150; F. Müller vol. III 1, p. LI). de Q Montep 122 descriptus est etiam codex Montepessulanus Univ. 122 saec. XVI (ff. 42r-47r), de quo cf. p. 144; 183. aliquot locis Q iam mutilus erat, antequam incendio graviter corruptus est; quibus locis Montep. 122 vacua exhibet tanta, quantae sunt lacunae in Q (cf. J. Cavarnos vol. VIII 1, p. 233). est autem codex Montepessulanus exemplar editionis a Frontone Ducaeo S.J. anno 1596 Ingolstadii curatae atque versione Latina ornatae. codicem Montepessulanum Fronto Ducaeus „manuscriptum Aegidii Davidis Parisiensis" nuncupavit. dubitat P. Alexander vol. V p. 270 sqq., num re vera Montepessulanus fuerit codex Federici Morelli, quem nominat Fronto in edendis homiliis In Ecclesiasten, cum nonnullis locis non exhibeat Montepessulanus, quae legit Fronto in codice Morelli. in oratione De Deitate Adversus Euagrium lacunae, quas affert Fronto ex libro Aegidii Davidis, ad litteram eaedem sunt, quae in codice Montepessulano inveniuntur: 334, 7 τῇ [μιᾷ] περιβολῇ; 337, 12 θα[ύματα]; 337, 13 ῥο[πὴν]; 340, 13 ἐγκατεσπα[ρ]μένῃ. Montepessulanum a viris doctis magni aestimatum nonnullorum editorum in manibus fuisse iam constat ex iis, quae Johannes Livineius Gandensis in praefatione editionis libri De Virginitate scripsit (cf. J. P. Cavarnos vol. VIII, 1 p. 243 sq). Fronto quamquam anno 1596 Ingolstadii apud Davidem Sartorium editionem curavit, eum non codice quodam in bibliothecis Bavaricis servato usum esse ex ipso titulo editionis perspicuum esse mihi quidem videtur: „D. Gregorii Nysseni Opuscula nonnulla nunc primum

in Lucem edita. Per R. P. Frontonem Ducaeum S.J. Theologum. Quibus accesserunt alia eiusdem Gregorii ex Bibliotheca Bavarica Serenissimi Principis Guilielmi utriusque Bavariae ducis etc." quae editio iterum impressa est Ingolstadii anno 1599. qui esset liber „Venetiis in bibliotheca reverendissimi episcopi Lullini", quem memorat Fronto in Mignei volumine XLVI p. 1201, invenire non potui. textum et versionem Frontonis Ducaei adhibuit Cl. Morellus ad editionem Parisinam anni 1615 constituendam. editione Morelliana altera anni 1638 usus est Migneus in Patrologiae
v Graecae vol. XLVI (v). ex editione Morelliana primae descripti sunt codices Vaticani Urbinates 9-13 saec. XVII (cf. W. Jaeger vol. II, p. LXIII sq; H. Langerbeck vol. VI, p. LX). orationem De Deitate Adversus
Urb 13 Euagrium continet codex Urb. 13 foliis 258r-262v.

Ecce stemma familiae PSEΛ:



DE RATIONE EDENDI

De singulis Gregorii orationibus fusius praefatus pauca dicam de universis deque edendi ratione. Gregorius, quo habuisset tempore orationes nobis traditas, reperire studuit J. Daniélou, La chronologie des sermons de Grégoire de Nysse, Rev. Sc. R. 29, 1955, 346-372. quem statuit ordinem, eundem retinui in edendis orationibus. libri manu scripti, quamquam alii alium ordinem exhibent, tamen in duas partes discedunt, unam, quae orationes nulla certa ratione inter reliqua Gregorii opera insertas continet, alteram, quae cum aliorum homiliis Gregorii orationes ita coniunxit, ut quae ad eundem diem festum spectant, eas ordine dierum festorum servato in unum conferret. attamen duarum partium singulae librorum familiae tam multum differunt, ut mihi plane negandum sit umquam inveniri posse, quando vel a quo viro docto orationes collectae sint aut qualis pristinus illarum collectionum status fuerit. qua de causa in edendis Gregorii operibus nulla, quae aliquid ad ordinem attineret, librorum manu scriptorum auctoritate coercitus eum ordinem servavi, qui tempus tantum, quo orationes habitae sunt, respicit.

Numerus codicum, quibus opera Gregorii traduntur, maior est, quam ut suum quisque codex siglum sibi vindicare possit. qua re interdum fit, ut ab uno editore alius, alius ab altero eodem siglo nuncupatus sit. id tamen studui, ut codices principales, quos nominaverim (e.g. codex Vaticanus 1907 = S), semper eodem siglo distinguerentur. spero lectori non odio futurum esse, si eum admoneo, ut, priusquam mantissa critica utatur, tabellam siglorum inspiciat, ne ulla sigla confundat.

Praefationes priorum voluminum huius editionis laudavi, ubicumque ad describendos codices vel ad

recensendum textum aliquid conferunt. sed antequam hoc volumen in lucem prodierit, alia duo vel tria volumina, quae adhuc sub prelo sunt, publici iuris facta erunt, quorum in praefationibus, quae editores de codicibus disseruerunt, perlegere nondum potui.

Ipsos codices in tot urbibus totius fere orbis terrarum dispersos inspicere nequivi, sed Instituti pro studiis classicis universitatis Harvardianae liberalitate tabellae photographicae, quae nominantur, mihi praesto erant, quas ipse contuli et sodalis quidam examinavit vel vice versa. codicum sive descriptorum sive aliorum, quos ex apparatu critico seclusi, folia enumerare plerumque supersedi, ne maius iusto spatium praefando absumerem.

Restat, ut gratias agam, gratias imprimis duobus viris doctissimis atque humanissimis operum Gregorii per tot lustra fidelissimis editoribus, Wernero Jaeger et Hermanno Langerbeck, qui, quod ambo praematura morte nobis abrepti sunt, omnes huius editionis participes maximo animi dolore sumus affecti. quorum alter Francofurti me tironem arte codicum legendorum textusque recensendi ab ipsis primordiis imbuit neque umquam, etsi grave corporis malum magnam partem vitae peremerat, ei taedio fuit iterum atque iterum mecum schedas perlegere aut me in recensendo emendandoque textu adiuvare. alter, Wernerum Jaeger dico, textum et apparatum a me propositum bis examinavit et iudicio acerrimo aliquot locos emendavit. aliorum de grege, qui de Gregorio integro in lucem revocato bene meruerunt, nominatim mihi liceat gratias agere feminae doctae Hadwigae Hoerner, quae me abhorrentem interdum ab huius editionis norma comiter ad viam rectam redegit et aliquot errores, in quos incidi, cognovit atque correxit.

Gissae
mense Maio anni 1966

Ernestus Gebhardt

CONTRA USURARIOS

EDIDIT

ERNESTUS GEBHARDT

CONSPECTUS SIGLORUM

(Contra Usurarios)

P codex Vaticanus Pii II 4 membranaceus saec. XI
S codex Vaticanus gr. 1907 chartaceus saec. XII-XIII
Z codex Vaticanus gr. 1433 chartaceus saec. XIII
(S)Z siglo usus sum, ubicumque S deficit, ne credas mendum esse proprium codicis Z
A codex Venetus Marcianus gr. 68 membranaceus saec. XII
v textus vulgatus editionis Mignei

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ ΚΑΤΑ ΤΟΚΙΖΟΝΤΩΝ

433 M. Τῶν φιλαρέτων ἀνθρώπων τῶν ζῆν κατὰ λόγον προαιρουμένων νόμοις ἀγαθοῖς ὁ βίος καὶ προστάγμασι κεκανόνισται, ἐν οἷς καθορᾶται τοῦ νομοθέτου ἡ γνώμη πρὸς δύο γενικῶς ἀποτεινομένη σκοπούς, ἕνα μὲν τῶν ἀπειρημένων τὴν ἀπαγόρευσιν ἔχοντα, ἕτερον δὲ [τῶν] πρὸς τὴν ἐνέργειαν τῶν καλῶν κατεπείγοντα· οὐ γάρ ἐστιν ἄλλως εὐπολίτευτον βίον κατορθωθῆναι καὶ σώφρονα, εἰ μή τις φεύγων ὡς ἔχει δυνάμεως τὴν κακίαν διώξειεν ὡς υἱὸς μητέρα τὴν ἀρετήν. συναχθέντες τοίνυν καὶ σήμερον, ἵνα θεοῦ προσταγμάτων ἀκούσωμεν, ἠκροώμεθα τοῦ προφήτου φονεύοντος τὰ μοχθηρὰ τῶν δανεισμάτων τέκνα τοὺς τόκους, ἐξαιροῦντος δὲ τοῦ βίου τὴν ἐπ' ἐργασίᾳ χρῆσιν τῶν νομισμάτων. δεξώμεθα δὲ εὐπειθῶς τὸ παράγγελμα, ἵνα μὴ ἡ πέτρα ἐκείνη γενώμεθα, ἐφ' ἣν καταπεσὼν ὁ σπόρος ξηρὸς καὶ ἄγονος ἔμεινεν, μηδὲ λεχθῇ πρὸς ἡμᾶς, ἅ ποτε πρὸς τὸν δυσάγωγον Ἰσραήλ· Ἀκοῇ ἀκούσετε καὶ οὐ μὴ συνῆτε καὶ βλέποντες βλέψετε καὶ οὐ μὴ ἴδητε. παραιτοῦμαι δὲ τοὺς ἀκουσομένους μηδαμῶς θρασύτητός μου ἢ ἀνοίας καταψηφίσασθαι, εἰ ἀνδρὸς λογάδος καὶ ὀνομαστοῦ κατὰ φιλοσοφίαν, πάντων δὲ λόγων ἀσκηθέντος παιδείαν, ἐπὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης εὐδοκιμήσαντος καὶ
436 M. καταλιπόντος τὸν κατὰ τοκιστῶν λόγον κτῆμα τῷ βίῳ κἀγὼ

12 Ezech 22, 12, quae verba in ecclesia ante hanc orationem lecta esse apparet 15 Luc 8, 13 18 Isa 6, 9 20 sqq ad orationem spectat a Basilio fratre habitam (cf p 207, 5 sq), quam invenies inter Basilii homilias in psalmos in editione Mignei vol 29, 264-280
Titulus: Γρηγορίου ἐπισκόπου νύσσης: τοῦ αὐτοῦ PA τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν v om Z

PZA 6 τῶν: τὸν v delevi 8 ἐμπολίτευτον P 15 γενόμεθα P 18 ἀκούσητε A et pars codd LXX 20 καταψηφίσασθε A 22 αὐτῆς Av 23 τόν: τῶν A

πρὸς τὴν αὐτὴν ἅμιλλαν καθῆκα ὄνων ἢ βοῶν ἅρμα πρὸς τοὺς στεφανίτας ἵππους ζευξάμενος. παραφαίνεται γὰρ ἀεὶ τὰ μικρὰ τοῖς μεγάλοις, καὶ λαμπομένη σελήνη ἡλίου φαίνοντος, πλεούσης δὲ μυριοφόρτου νηὸς καὶ τῇ σφοδρότητι τῶν ἀνέμων ἐλαυνομένης ἐπακολουθεῖ ἡ μικρὰ πορθμὶς τὸν αὐτὸν περαιουμένη βυθόν, ἀνδρῶν δὲ πάλιν ἀγωνιζομένων νόμοις ἀθλητικοῖς ἐγκονίζονται τῷ αὐτῷ καὶ παῖδες. ὧδε μὲν οὖν ἐχέτω τῆς συγγνώμης ἡ αἴτησις.

Σὺ δέ, πρὸς ὃν ὁ λόγος, ὅστις ποτ' ἂν ἧς, μίσησον τρόπον καπηλικόν· ἄνθρωπος ὢν ἀγάπησον ἀνθρώπους καὶ μὴ ἀργύριον. στῆσον μέχρι τούτου τὴν ἁμαρτίαν. εἰπὲ τοῖς ποτέ σου φιλτάτοις τόκοις τὴν Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ φωνήν· Γεννήματα ἐχιδνῶν, πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ. ὄλεθροι τῶν ἐχόντων ὑμᾶς καὶ λαμβανόντων ἐστέ, τέρπετε πρὸς ὀλίγον, ἀλλὰ χρόνοις ὕστερον ὁ ἀφ' ὑμῶν ἰὸς πικρὸν γίνεται δηλητήριον τῇ ψυχῇ, ἀποφράττετε ζωῆς ὁδόν, κλείετε τῆς βασιλείας τὰς θύρας, μικρὸν τέρψαντες τὴν ὄψιν καὶ τὴν ἀκοὴν περιηχήσαντες αἰωνίου λύπης γίνεσθε πρόξενοι. ταῦτα εἰπὼν ἀπόταξαι πλεονασμῷ καὶ τόκοις, σύνταξαι δὲ φιλοπτωχίᾳ. Καὶ τὸν θέλοντα δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς. διὰ πενίαν σε ἱκετεύει καὶ ταῖς θύραις προσκάθηται, ἀπορῶν καταφεύγει πρὸς τὸν σὸν πλοῦτον, ἵνα γένῃ αὐτῷ τῆς χρείας ἐπίκουρος. σὺ δὲ τοὐναντίον ποιεῖς· ὁ σύμμαχος γίνῃ πολέμιος· οὐ γὰρ αὐτῷ συμπράττεις, ὅπως ἂν καὶ τῆς ἀνάγκης ἐλευθερωθείη τῆς ἐπικειμένης καί σοι ἀποπληρώσῃ τὸ δάνεισμα, ἀλλὰ σπείρεις τῷ στενουμένῳ κακὰ τὸν γυμνὸν ἐπεκδύων, τὸν τετρωμένον ἐπιτραυματίζων, φροντίδας ἐπισυνάπτων ταῖς φροντίσι καὶ λύπας τῇ λύπῃ. ὁ γὰρ ἔντοκον χρυσίον ὑποδεχόμενος ἀρραβῶνα πενίας λαμβάνει ἐν προσχήματι εὐεργεσίας ὄλεθρον ἐπεισάγων τῇ οἰκίᾳ. ὥσπερ γὰρ ὁ

13 Matth 3, 7 Luc 3, 7 cf Basil 273 C   20 Matth 5, 42

PZA 2 ἐμαυτὸν ante καθῆκα add Z   4 μυριοφόρου v   5 ἐπακολουθεῖ post πορθμὶς transp Z   7 τοῖς αὐτοῖς Z   8 γνώμης v   9 ὅτις A   14 ὑμεῖς v   19 ἀπόταξε A   20 ἀπὸ σοῦ post θέλοντα add Matth 5, 42   26 σπέρεις A   ἀπεκδύων v   28 χρυσόν v   29 προσσχήματι A

πυρεταίνοντι, καιομένῳ παρὰ τῆς θέρμης, δίψῃ δὲ σφοδροτάτῃ συνεχομένῳ καὶ ἠναγκασμένης αἰτοῦντι τὸ πόμα διδοὺς οἶνον δῆθεν ὑπὸ φιλανθρωπίας εὐφραίνει μὲν πρὸς ὀλίγον <τὸν> τὴν κύλικα ἐφελκόμενον, ὀλίγου δὲ χρόνου παρελθόντος 437 M. σφοδρὸν καὶ δεκαπλασίονα τῷ κάμνοντι τὸν πυρετὸν ἀπεργάζεται, οὕτως ὁ παρέχων πένητι γεννῶντα χρυσὸν οὐ παύει τὴν ἀνάγκην, ἀλλ' ἐπιτείνει τὴν συμφοράν.

Μὴ τοίνυν ζήσῃς μισάνθρωπον βίον ἐν φιλανθρωπίας προσχήματι μηδὲ γένῃ ἰατρὸς ἀνδροφόνος, τὸ πρόσχημα μὲν τοῦ σῴζειν ἔχων διὰ τὸν πλοῦτον ὡς ἐκεῖνος διὰ τὴν τέχνην, τῇ προαιρέσει δὲ κεχρημένος εἰς ἀπώλειαν τοῦ ἑαυτόν σοι καταπιστεύσαντος. ἀργὸς καὶ πλεονεκτικὸς βίος ὁ τοῦ τοκίζοντος· οὐκ οἶδε πόνον γεωργίας, οὐκ ἐπίνοιαν ἐμπορίας, ἐφ' ἑνὸς δὲ τόπου κάθηται τρέφων ἐπὶ τῆς ἑστίας θηρία. ἄσπαρτα αὐτῷ βούλεται τὰ πάντα καὶ ἀνήροτα φύεσθαι. ἄροτρον ἔχει τὸν κάλαμον, χώραν τὸν χάρτην, σπέρμα τὸ μέλαν, ὑετὸν τὸν χρόνον αὔξοντα αὐτῷ λανθανόντως τὴν τῶν χρημάτων ἐπικαρπίαν, δρέπανόν ἐστιν αὐτῷ ἡ ἀπαίτησις. ἅλων ἡ οἰκία, ἐφ' ἧς λεπτύνει τὰς τῶν θλιβομένων οὐσίας, τὰ πάντων ἴδια βλέπει. εὔχεται τοῖς ἀνθρώποις ἀνάγκας καὶ συμφοράς, ἵνα πρὸς αὐτὸν ἠναγκασμένως ἀπέλθωσι. μισεῖ τοὺς ἑαυτοῖς ἀρκοῦντας καὶ τοὺς μὴ δεδανεισμένους ἐχθροὺς ἡγεῖται. προσεδρεύει τοῖς δικαστηρίοις, ἵνα εὕρῃ τὸν στενούμενον τοῖς ἀπαιτηταῖς, καὶ τοῖς πράκτορσιν ἀκολουθεῖ ὡς ταῖς παρατάξεσι καὶ τοῖς πολέμοις οἱ γῦπες. περιφέρει τὸ βαλάντιον καὶ δείκνυσι τοῖς πνιγομένοις τῆς θήρας δέλεαρ, ἵν' ἐκείνῳ διὰ τὴν χρείαν περιχήναντες

1 sqq cf 202, 25 Basil 268 C   9 cf Basil 268 B   14 θηρία sermone vulgari imprimis novae comoediae significat mala (Anaxil 27 Kock) in iis paupertatem (Menander Georg 92A, 78 Edmonds) cf Basil 273 C, 276 A   15 cf Hom ι 109 Basil 280 C   27 cf Basil 272 C

PZA 2 πόμα: σῶμα P   4 τὸν add Langerbeck   6 γέμοντα v ex coni   11 αὐτὸν P   12 ὁ post καὶ add Av   17 τὸν om Av   αὐξάνοντα v   19 ἅλως P   21 ἠναγκασμένος A corr A^2 24 πράκτοσιν A   27 τὸ ante δέλεαρ add sscr Z

συγκαταπίωσι τῶν τόκων τὸ ἄγκιστρον. καθ' ἡμέραν ἀριθμεῖ τὸ κέρδος καὶ τῆς ἐπιθυμίας [οὐκ] ἐμπίμπλαται. ἄχθεται πρὸς τὸν χρυσὸν τὸν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἀποκείμενον, διότι κεῖται ἀργὸς καὶ ἄπρακτος. μιμεῖται τοὺς γεωργοὺς τοὺς ἀπὸ τῶν σωρῶν τοῦ θέρους εὐθὺς σπείροντας· ἔλαβεν, ἔδωκεν. οὐκ ἀνίησι τὸν ἄθλιον χρυσόν, ἀλλ' ἐκ χειρῶν εἰς χεῖρας μετάγει. βλέπεις γοῦν τὸν πλούσιον καὶ πολύχρυσον πολλάκις μηδὲ ἓν νόμισμα ἔχοντα ἐπὶ τῆς οἰκίας, ἀλλ' ἐν χάρταις τὰς ἐλπίδας, ἐν ὁμολογίαις τὴν ὑπόστασιν, μηδὲν ἔχοντα καὶ πάντα κατέχοντα, πρὸς τοὐναντίον τοῦ ἀποστολικοῦ γράμματος κεχρημένον τῷ βίῳ, πάντα διδόντα τοῖς αἰτήσασιν οὐ διὰ φιλάνθρωπον γνώμην, ἀλλὰ διὰ φιλάργυρον τρόπον. αἱρεῖται γὰρ τὴν πρόσκαιρον πενίαν, ἵνα ὡς δοῦλος ἐπίμοχθος ὁ χρυσὸς ἐργασάμενος μετὰ τῶν μισθῶν ἐπανέλθῃ. ὁρᾷς, ὅπως ἡ τοῦ μέλλοντος ἐλπὶς κενοῖ τὴν οἰκίαν καὶ ποιεῖ τὸν πολύχρυσον ἀκτήμονα πρόσκαιρον.

Τούτου δὲ τίς ἡ αἰτία; ἡ ἐν τῷ χάρτῃ γραφή, ἡ ὁμολογία
440 M. τοῦ στενωθέντος· δώσω μετὰ τῆς ἐργασίας, ὑποτελέσω μετὰ τοῦ γινομένου. εἶτα, παρακαλῶ, ὁ μὲν χρεώστης καὶ ἄπορος ὢν διὰ τὴν συγγραφὴν πιστεύεται, ὁ δὲ θεὸς πλούσιος ὢν καὶ ἐπαγγελλόμενος οὐκ ἀκούεται. δὸς καὶ ἐγὼ ἀποδώσω, βοᾷ γράψας ἐν εὐαγγελίοις, ἐν χειρογράφῳ δημοσίῳ τῆς οἰκουμένης. ὃ τέσσαρες ἔγραψαν εὐαγγελισταὶ ἀνθ' ἑνὸς συμβολαιογράφου, οὗ μάρτυρες πάντες οἱ ἐκ τῶν χρόνων τῆς σωτηρίας Χριστιανοί. ἔχεις ὑποθήκην τὸν παράδεισον, ἐνέχυρον ἀξιόπιστον. εἰ δὲ καὶ ἐνταῦθα ζητεῖς· ὅλος ὁ κόσμος τοῦ εὐγνώμονος χρεώστου κτῆμα. περιέργασαι σοφῶς τὴν εὐπορίαν τοῦ ζητοῦντος τὴν ἐργασίαν καὶ εὑρήσεις τὸν πλοῦτον· πᾶσα γῆ χρυσῖτις τοῦ χρεώστου σου κτῆμα, πᾶν

10 cf Matth 5, 42; Luc 6, 30 21 cf Luc 6, 38 26 cf Basil 264 C

PZA 1 τοῦ τόκου v 2 οὐκ delevi suadente H Langerbeck (respice clausulam) 5-6 pro verbis τοῦ usque ad ἔδωκεν: ἀεὶ σπέρματα αἰτοῦντας v ex coni 16 πολὺν χρυσὸν v 19 παρακαλῶν Z 21 δὼς A corr A² 27 ἀγνώμονος Z corr Z² 28 σαφῶς AZv ἀπορίαν Z corr Z² εὐεργεσίαν AZv 29 γῆ: γὰρ v σου: τούτου v

μέταλλον ἀργυρίου καὶ χαλκοῦ καὶ τῶν ἑξῆς ὑλῶν τῆς ἐκείνου δεσποτείας μέρος. ἀπόβλεψον εἰς τὸν μέγαν οὐρανόν, κατάμαθε τὴν ἄπειρον θάλασσαν, ἱστόρησον τὸ πλάτος τῆς γῆς, ἀρίθμησον τὰ ἐπ' αὐτῆς τρεφόμενα ζῷα· πάντα δοῦλα καὶ κτήματα, οὗ σὺ ὡς ἀπόρου καταφρονεῖς. σωφρόνησον, ἄνθρωπε· μὴ καθυβρίσῃς τὸν θεὸν μηδὲ ἡγήσῃ τῶν τραπεζιτῶν ἀτιμότερον, οἷς ἐγγυωμένοις ἀναμφιβόλως πιστεύεις. δὸς ἐγγυητῇ μὴ ἀποθνήσκοντι, πίστευσον χειρογράφῳ μὴ κλεπτομένῳ μηδὲ σπαρασσομένῳ. μὴ ἐπερωτήσῃς τὴν ἐργασίαν, ἀλλὰ δὸς ἀκαπήλευτον τὴν εὐεργεσίαν, καὶ ὄψει σοι τὸν θεὸν μετὰ προσθήκης ἀποδιδόντα τὴν χάριν.

Ἂν δὲ ξενίζῃ σου τὴν ἀκοὴν ὡς παράδοξος ὁ λόγος, πρόχειρον ἔχω τὴν μαρτυρίαν, ὅτι τοῖς εὐσεβῶς δαπανῶσι καὶ εὐεργετοῦσι πολυπλασιάζων ὁ θεὸς τὴν ἀμοιβὴν ἀποδίδωσι. Πέτρου γὰρ ἐρωτῶντος καὶ λέγοντος· Ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι· τί ἄρα ἔσται ἡμῖν; ἀμὴν λέγω ὑμῖν, φησί, Πᾶς, ὅστις ἀφῆκεν οἰκίας ἢ ἀδελφοὺς ἢ ἀδελφὰς ἢ πατέρα ἢ μητέρα ἢ γυναῖκα ἢ τέκνα ἢ ἀγρούς, ἑκατονταπλασίονα λήψεται καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. ὁρᾷς τὴν φιλοτιμίαν; βλέπεις τὴν ἀγαθότητα; ὁ σφόδρα ἀναίσχυντος δανειστὴς κάμνει, ἵνα διπλασιάσῃ τὸ κεφάλαιον, ὁ θεὸς δὲ αὐθαιρέτως τῷ μὴ θλίβοντι τὸν ἀδελφὸν τὸ ἑκατονταπλάσιον δίδωσι. πείσθητι οὖν τῷ θεῷ συμβουλεύοντι καὶ λήψῃ τόκους ἀναμαρτήτους. ἵνα τί μετὰ ἁμαρτίας μερίμναις σαυτὸν ἐκτήκεις τὰς ἡμέρας ἀριθμῶν, τοὺς μῆνας ψηφίζων,
441 M. τὸ κεφάλαιον ἐννοῶν, τὰς προσθήκας ὀνειροπολῶν, φοβούμενος τὴν προθεσμίαν, μὴ ἄκαρπος παραγένηται ὡς θέρος χαλαζωθέν; περιεργάζεται ὁ δανειστὴς τοῦ χρεώστου τὰς πράξεις, τὰς ἐκδημίας, τὰ κινήματα, τὰς μεταβάσεις, τὰς ἐμπορίας. κἂν φήμη τις παραγένηται σκυθρωπή, ὅτι λῃσταῖς ὁ δεῖνα περιέπεσεν ἢ ἔκ τινος περιστάσεως εἰς πενίαν αὐτῷ

10 cf Prov 19, 17 Basil 277 C 15 Matth 19, 27 sq

PZA 5 σωφρόνισον Z 7 πιστεύσεις Av 9 βλεπτομένῳ A βλεπομένῳ v 12 ὡς: ὁ v 22 δὲ θεὸς Z τὸ om P ἑκατονταπλασίονα P 23 πείθου v 30 περιγένηται Z

Quamquam memoriam in Meletium orationis etiamnunc quadraginta unus tenent, quos ego quidem reppererim, codices Graeci cum mere Gregoriani vel miscellanei tum vero liturgici, quibus annumerandi sunt libri, qui interpretationes praebent antiquitus factas in partibus orientis, ut Syriaca Armenia Hiberica, tamen, qui benigne haec legis, miraberis fortasse, quod qui sermonem in celeberrimum illum episcopum Antiochiae servarint, non sint plures. sin vero inspexeris admirabile illud opus, quod Albert Ehrhard ad examinandam totam memoriam et hagiographicam et homileticam ecclesiae Graecae suscepit (Überlieferung und Bestand der hagiographischen und homiletischen Literatur der griechischen Kirche von den Anfängen bis zum Ende des 16. Jahrhunderts, Erster Teil: Die Überlieferung, tom. I-III = Texte u. Untersuchungen tom. 50-52, Lipsiae 1937-1952), brevi videbis in menologiis librisque eis similibus plerumque orationi nostrae praeferri encomium Ioannis Chrysostomi in Meletium (BHG[3] 1244; PG 50, 515-520), id quod haud difficile intellegetur, cum memineris Gregorii esse orationem funebrem vel potius consolatoriam coram mortuo, ut ita dicam, et lugentibus habitam Constantinopoli, illius autem sermonem, quem Antiochiae dixit quinquennio post, mere encomiasticum esse itaque temporibus posterioribus ad anniversaria Sancto sacra celebranda multo aptiorem. utriusque tamen orationem pauciores libri servassent, si Simeon Metaphrastes, qui, cum saeculo XI vitas tam multorum Sanctorum retractaret, homilias vetustiores non semel e libris liturgicis movit, Februarium, quo mense, quia ieiunium quadragesimale attingit, pauciores dies festi Sanctorum aguntur, non neglexisset (cf. A. Ehrhard, op. laud., tom II, p. 592-

614). Meletii autem nomine agendum sollemne apud Graecos die 12 Februarii mensis habetur (cf. Synaxarium Ecclesiae Constantinopolitanae, ed. H. Delehaye = Propylaeum ad Acta SS. Novembris, Bruxellis 1902, col. 459-460, no. 2).

Sed revertamur ad codices, qui Gregorii epitaphium servarunt. in his recensendis, cum ipsos adire non possem, usus sum tabellis lucis ope confectis. qua re cum alia ad res palaeographicas pertinentia tum maxime manuum distinctiones librariorum, cum inveneris, caute, quaeso, accipias. cum codices singulos introduxeram, lectorem ad descriptiones et in bibliothecarum catalogis et in hac editione vulgatas delegavi. sed ne nimium spatii occuparem, pro titulis catalogorum notas numerorum indicavi, quibus Marcellus Richard usus est in gratissimo illo libello (Répertoire des bibliothèques et des catalogues de manuscripts grecs², Parisiis 1958 = R). eadem ex causa huius editionis volumina tantum non editores laudavi.

Magnam partem librorum manuscriptorum Graecorum contulit pro me rara quadam diligentia vir doctus atque acutissimus Tubingensis Henricus Happ, cui maximas ago gratias. ac bene mihi evenit, ut cum in libros Syriacos incidissem, adiutor mihi adesset studio et cura illi aequalis Italo Ronca natione Italus, cui sodali Seminarii Philologi Moguntini, quod et Syriace una cum me didicit et in libris cum textu Graeco conferendis me adiuvit, magnam habeo gratiam. qui etiam duo contulit codices Graecos. reliqui partim a me ipso, partim Wernero Jaeger iubente olim a viris doctis collati sunt mihi ignotis. quos libros luce depictos non modo iterum, ut solemus, diligenter contuli totos, sed etiam ante oculos habebam positos semper, ut iterum ac saepius eos inspicerem.

Atque haec quidem hactenus, nunc ad examinandos singulos codices persequamur.

A. DE CODICIBUS GRAECIS

I. De prima classe codicum (α)

1. De familia Σ B

Σ Codex Sinaiticus Monasterii S. Catharinae 383 (Gardthausen; 513 Beneševič), membranaceus, foliorum 160, saec. IX-X (Gardthausen) vel saec. XI (Beneševič et Bonifatius Kotter, Die Überlieferung der Pege Gnoseos des hl. Johannes von Damaskus = Studia Patristica et Byzantina tom. 5, Ettal 1959, p. 80). codicem descripserunt Victor Gardthausen (767 R, p. 89-90) et Vladimir N. Beneševič (769 R, p. 347-352). est litteris minusculis exaratus titulis exceptis qui litteris uncialibus paulo sinistrorsum inclinatis scripti sunt et continet praeter Damasceni aliorumque patrum opera miscellanea orationem in Meletium foliis 124r-127v inclusam. correctiones nonnullas habet, quarum partem maiorem manus esse putaverim primae. abundat codex erroribus, in quibus praeter neglegentiam scribae vestigia exemplaris scriptura continua litterisque minusculis scripti animadvertere possis, cf. p. 448, 8 ὃ περὶ τὸν: ἀπεριτὸν Σ; p. 453, 19 οὐχ ἡμεῖς: οὐχὶ μίαν Σ (B def); p. 454, 4 ἐπὶ τῷ πάθει: ἐπ' ἀγῶνα Σ (B def) et p. 442, 18 γαμικῶς: γὰρ ἱκανῶς Σ; p. 445, 11 ὑπόβλητος: ἀπόβλητος Σ; p. 448, 6 δαψίλεια: δαψειλίαι Σ. ex p. 451, 12 διηγήματα: εἰς αὐτὸν· ἅγιον πνεῦμα Σ (B def) discimus exemplar codicis usui liturgico accommodatum esse. nam finem lectionis haec verba indicare videntur.

Par. 1106 Apographon codicis Σ est codex Parisinus Bibliothecae Nationalis graecus 1106, membranaceus saec. XI, foliorum 186, duabus, ut videtur, partibus suppletus chartaceis saec. XV, quarum altera exhibet orationem in Meletium foliis 177v-186v. brevius quam qui de tempore aut ordine foliorum singulorum satis nobis faciant codicem descripserunt François Sevin (Catal. codd. mss.

Bibliothecae Regiae, tom. II, Parisiis 1740, p. 216) et Henri Omont (58 R, tom. I, 1886, p. 221). ac praetereunt quas folium 186v praebet subscriptiones tres, quarum una eiusdem aetatis esse videtur cum librario saeculi XV. ceterae recentiores sunt. et hae quidem nomina proferunt possessorum (Ματθεός, Ταζό), quos 'dominos' vocant monasterii. S. Georgii nomine Χερής. Parisinus descriptus esse videtur ex Sinaitico, cuius errores servavit fideliter omnes ad unum paucis additis correcturis novisque erroribus, veluti p. 442, 16 ὦ κακῆς: κάκτῆς Σ κατῆς Par 1106, sed in καὶ τῆς corr; p. 443, 18 τῷ: τὸ Σ τὸ Par 1106. accedit, quod eadem continet opera quae Σ, cuius cum textu coniuncta est utraque pars Parisini propinqua cognatione, propiore autem recentior. quam tamen non recta via ex Σ fluxisse suspicatur B. Kotter (op. laud. p. 52. 103. 117).

B Codici Sinaitico cognatus est Londiniensis Musei Britannici Addit. 22.509, membranaceus saec. X (cf. 543 R, tom. I, 1875, p. 655) vel saec. XI (cf. 528 R, p. 39), qui litteris minusculis cursivis quas vocamus exaratus praeter quinque opera Gregorii atque librum Basilii de Spiritu Sancto orationem in Meletium continet fol. 82r-86v sub titulo τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία ῥηθεῖσα ἐν κωνσταντίνου πόλει· εἰς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους εἰς τὴν κοίμησιν τοῦ ἁγίου μελετίου ἐπισκόπου ἀντιοχείας. mutila codicis conditione affecta est nostra quoque oratio. deficit enim pars inferior folii 86 et nescio quanta folii 87, quod finem orationis in Meletium et initium Vitae Moysis continuerat. desunt igitur verba inde a p. 451, 11 ποιούμενοι (in versu 12 unum mansit τούτου) usque ad versum 18 χωρισμὸν et inde a p. 452, 14 τότε usque ad finem. in codice B aliquot inveni errores, qui exemplar indicant et scriptura continua et litteris maiusculis exaratum, veluti p. 445, 3-4 ἐπ' αὐτῷ: ἑαυτῶν B; p. 445, 4 τῆς: γῆς B; p. 446, 19 ἐλεῶσε ὦ: ἐλεοῦσθω B.

Similia vero praebuit fons communis, unde codices Σ

et B fluxerunt, cf. p. 446, 10 τραύματι σαρκὸς: τραύματος ὄγκοι Σ B (ὄγκοις); ib. 19 πρὸς σὲ λέγω: προσδέχεται Σ B (-σθαι); p. 448, 13 ὦ οἵα: μία ΣB; p. 452, 14 ἡ φήμη: ἔφη B ἐφ' ὦ Σ. adde quae alibi peccant Σ B, ex. gr. p. 449, 9 περιττὴν κρίνω: περιαυτὴν κρίνων Σ B; p. 452, 13 εἴρηται . . . πεπλήρωται: εἴρηκεν (εἰρήνικεν sed del νι B) . . . πεπλήρωκεν Σ B. adde quae omittunt, imprimis p. 442, 6-7 οὗτοι-πατρὶ et primas partes verborum, velut p. 446, 17; 447, 6; ib. 10; 450, 15, et intelleges exemplar pervetustum iam ipsum erroribus scatens. qui liber antiquus etiam glossas exhibuit ad margines, ut videtur, scriptas, cf. p. 446, 19 τὴν ἀντιόχου πόλιν: τὴν Καίσαρος ἀντιόχου πόλιν Σ (πόλης) B; p. 447, 13-14 ἐκεῖ ἡ στάμνος ἡ χρυσῆ: ἐκεῖ ἡ ψυχὴ ἡ χρυσῆ Σ ἐκεῖ ἡ στάμνος ἡ χρυσῆ· ἐκεῖ ἡ ψυχὴ ἡ χρυσῆ B. ἡ ψυχή, quod verbum etiam codex Syriacus R habet, incertum est, utrum glossa fuerit ad vocabulum στάμνος explanandum (cf. p. 448, 4) an locum notaverit, ut saepe invenitur (scil. ὅρα. ἡ ψυχή). satis habui Sinaiticum apparatu recipere, quocum B semper conspiret iis locis exceptis, ubi aut Σ solus peccat (p. 442, 13; ib. 18; p. 443, 5; ib. 13; ib. 19; p. 444, 2 (πῶς B); ib. 13; p. 446, 2; ib. 9 (οὐδὲ B); ib. 10 (-ντι B); ib. 12 (ὀφ- B, sup φ aliquid erasum vid); p. 447, 11 (προέπ- B); p. 448, 5 (σινδῶνι B); ib. 6; ib. 8 (ὃ om B); p. 449, 7 bis; ib. 9 (ἦν B); ib. 12; p. 450, 2; ib. 3 (αυτῆ B); p. 451, 4 (ἀκράτου B); p. 452, 9; ib. 11; ib. 14 (vide supra) aut alteruter una cum aliis textum pessumdat: (Σ) p. 442, 16 (ἡμῶν B); ib. 19 (δὲ); 443, 16-17; p. 445, 11; ib. 12; ib. 18; p. 447, 3; ib. 12 (γὰρ: δὲ B); ib. 15; p. 449, 4; ib. 9 (ἐν τ. οἷος B); p. 451, 3; ib. 4; ib. 18; p. 452, 6 (πρὸς τὸν θεὸν om B); (B) p. 441, 15 p. 442, 10 (ἀσαφία B); p. 445, 11 (συγγ. B); ib. 12 et 13 (ἡμ. B); p. 448, 8 (-ύριον B); ib. 9 (τὸν B); p. 452, 12 (πενθήσουσι B). iis vero, quae B solus falsa habet, cum inutilia sint, ne dicam stulta, supersedi. quomodo autem fieri potuerit, ut alteruter nonnumquam recta servarit,

non explicatur nisi aliqua eligendi data librario facultate.

2. *De familia* E Λ S

E Codex Vaticanus graecus 446, membranaceus saec. XII, foliorum 391. quem accurate descripsit Robert Devreesse (720 R, p. 194-195). de codice egerunt Giovanni Mercati, cum de Epistola ad Eustathium praefaretur (Studi e Testi 11, Romae 1903, p. 59), et qui huic editioni se dederunt (vol. VIII, 1, 98-99; 157-158; 360; vol. III, 1, p. XXI-XXIII; XLIV; XLIX). liber fuit olim Monasterii τῶν Κελλιβάρων prope Miletum siti et continet in multis Gregorii operibus orationem in Meletium foliis 301v-309v. insunt marginibus animadversiones ζήτ(ει), e quibus apparet exemplar codicis difficile lectu vel laesum fuisse, ut ad p. 443, 9; p. 444, 2 et 3; p. 451, 18. quos locos omnes praeter ultimum correxit manus paulo, ut opinor, recentior (E^2), cuius de opera vide infra p. 358. correctiones autem ante saec. XIV insertae sunt, quia recepit eas apographon, id est

Par. 503 codex Parisinus Bibliothecae Nationalis graecus 503, chartaceus saec. XIV, foliorum 449. quem descripserunt F. Sevin (op. supra p. 347 laud., p. 77-78) H. Omont (58 R, tom. I, p. 63-64 et Catal. des mss grecs de Fontainebleau sous François I et Henri II, Parisiis 1889, p. 29) David Amand (Rev. Bénédictine 59, 1949, p. 8). de libro in hac editione egerunt ii, qui Vaticanum (E) tractaverunt iisdem cum illo locis. Parisinus etiamsi ordine operum Gregorii, quae tribus Basilii praemissis complectitur, ab ordine in Vaticano servato omnino differt (cuius tamen omnia fere praebet), in nostro quidem opere ad verbum congruit cum Vaticano. cuius rei haec tibi dabo exempla: p. 447, 1 ἀπεκοσμήθη: ἀπεκομήθη EPar503; p. 451, 13 ἀλλά: τὰ δὲ EPar503; p. 451, 18 ἀπεσχίσθη: ἀπεχθίσθη EPar503. bis manus altera margini ascripsit varias lectiones, ad p. 445, 11 ὑπόβλητος: ἀπόβλητος Par 503^2, cf. app. crit.; ad p. 450, 4

ἐκπλῆσαι: ἐμπλῆσαι Par 503^2, cf. app. criticum. et insunt marginibus multae lineolae recentioris aetatis, ut videtur, ad lectiones varias fortasse notandas.

Λ Ad eandem familiam trahendus est codex Londiniensis Musei Britannici Old Royal 16 D I, membranaceus saec. XII, foliorum 479. breviter eum descripserunt George F. Warner et Julius P. Gilson (527 R, tom. II, p. 187-188). huius editionis vide vol. VIII, 1, p. 99-100; 158; 231-232; vol. III, 1, p. XXIII; XXVI; XLIV; XLIX; vol. VI p. XXIV-XXX; vol. V, p. 211-212; 218-223. manus illa recentior, quae multa folia codicis correcturis ex alio libro sumptis divexavit, orationi nostrae pepercit. paucissimae, quas inveni, manus primae esse videntur. bis alteram discrevi (Λ^2) ratione magis quam oculis, cum ea, quae correxit, recepta non sint apographo (Q), ut p. 447, 1 ἀπεκοσμήθη e corr Λ^2: ἀπεκομίσθη ΛQ; ib. 14 ἡ alt inser Λ^2, om ΛQ. codicem apparatu non accepi, ne quae permulta librarius pessumdedit, lectorem fatigent.

Q Ex Λ fluxit codex Taurinensis Bibliothecae Nationalis graecus c. I. 11 (Pasini, gr. 71 c. III. 14), chartaceus saec. XIV, foliorum 346. quem descripsit Josephus Pasinus (825 R, p. 166-170). huius editionis vide vol. VIII, 2, p. XXXV; vol. II^2, p. LXII sqq; vol. VIII, 1, p. 100-101; 146; 220; 232-233; vol. III, 1, p. XLIX-L; vol. V, p. 17-19; 181-182; 216 sqq. continet orationem in Meletium foliis 118r-119v; 103r. incendium illud, quod in una nocte hiemali anni 1904 tot codices Taurinenses absumpsit, libro nostro pepercit; sed aqua eum ex parte difficillimum lectu reddidit (cf. G. de Sanctis, 827 R, p. 402). quamquam teste Pasino antea iam nonnullis locis foedatus erat. id quod ex eius apographo (Montep 122) cognosci posse infra demonstrabo. etsi ordo foliorum in codice compingendo funditus videtur esse turbatus, tamen vestigia cognoscuntur ordinis operum qualis in Londiniensi est. et antequam ille corrigeretur,

cuius correctiones (Λ^2, vide supra) non recepit, meo quidem iudicio hic est ad verbum ex illo descriptus. nam Taurinensis omnes errores codicis Λ fideliter conservavit nullis additis, quin effici potuerint describendo, velut p. 450,5 ubi vocem ζέοντα (cf. E), quam codex Londiniensis in extremo versu compendio ζέον̃ notaverat, codex Q reddidit verbo ζέοντι.

Montep. 122 E codice Q autem pendet Montepessulanus Scholae Medicinalis 122, chartaceus saec. XVI, foliorum 234. quem descripsit H. Omont (59 R, p. 44-46 et 58 R, tom. III, 1888, p. 374). huius editionis vide locos ad Q laudatos imprimis vol. V, p. 256-259. continet orationem in Meletium foliis 75r-81v. opusculorum ordinem codicis Λ, quem in Q recentiore aetate ligando disturbatum esse suspicati sumus, Montepessulanus, quae quidem retinuerit, conservavit. retinuit autem imprimis homilias dogmaticis praesertim neglectis. textum quem praebet cum in omnibus tum in levissimis Taurinensem videmus sequentem. unum pro multis sufficiat exemplum: p. 450, 4 ἀναπαῦσαι: ἀναπαύσασθαι Λ ἀναπαύσεσθαι Q Montep. septies reliquit spatia, quae uncis curvatis inclusa monstrabo. ea autem, quae his locis legi nequeunt in Q, uncis includam angularibus:

fol. 75r, p. 441, 6 πρὸς ἑαυτούς: ἀπ[όστ(ολοι quae quattuor litterae tamen tenuiore atramento leviter exscriptae videntur in Montep, ἑαυ)τ]ούς Q Montep, i.e. πρὸς compendio scriptum Q perperam ut 'nomen sacrum' interpretatus est.

fol. 79v, p. 452, 13 πεπλ[ήρωται. ὅταν γὰρ (περιαγγείλῃ) τὸ] πάθος Q Montep, cf. app. crit.

fol. 79v, p. 452, 15 τῶν πε[νθούντων καὶ (προχε]θήσον)ται Q Montep, cf. app. crit.

fol. 79v, p. 452, 17 μᾶλλ[ον δὲ κἀκεί]ν[ων ἀλγει(νότερον ὀδυνώ)]μενοι Q Montep.

fol. 79v, p. 452, 18-19 δὲ [λύσις (τῶν κακῶν οὐδε)μία ἀπὸ τῶν] θρήνων Q Montep, cf. app. crit.

fol. 80r, p. 453, 5 ὄργανα [ἑαυτῶν (σιωπὴν αὐτῶν) τε] καὶ Q Montep, cf. app. crit.

fol. 80r, p. 453, 10 ἐκ(εῖνά φη[μι τὰ Βαβ]υ[λώ)νια ῥήματα Q Montep, cf. app. crit.

haec igitur vestigia habes earum lacunarum (mechanicarum scilicet quae dicuntur), quas iam ante incendium in Q exstitisse monet Pasinus, cum dicit: „folia deinceps sunt foedata tineisque corrosa, ut vix legi possint" (op. laud. p. 169), atque eas lacunas imprimis aqua esse dilatatas ex ipsa sequitur rei natura. itaque Montepessulanum ex ipso Taurinensi descriptum esse sine ulla dubitatione confirmaverim. id quod nuper pro parte codicis, quae homilias in Ecclesiasten continet, iisdem argumentis gaudeo demonstratum esse a Paulo Alexander (vol. V, p. 257-258). correctionibus autem lineolis notis in parte nostra omnino caret. tamen eum principes operum Gregorii editores ad edendam orationem in Meletium quoque adhibuisse videntur, ut infra (p. 413) ostendam.

Const. 773 Proximum est, ut de libro pauca dicam, quem etsi inspicere mihi non licuit, ad hos quos modo tractavimus libros pertinere opinor. codicem dico Constantinopolitanum Metochii S. Sepulchri graecum 773 (olim 741), chartaceum saec. XVI exeuntis, foliorum 233. quem descripsit Athanasius I. Papadopulos-Kerameus (444 R, tom. V, qui est de libris Metochii S. Sepulchri, 1915, p. 263-264). codex autem iam non Constantinopoli iacet, sed una cum multitudine librorum manuscriptorum olim quo diximus loco asservatorum a Graecis Athenas clam est delatus ibique, ut v.d.R.P. Marcel Richard anno 1961 litteris benigne mecum communicavit, abditus in Bibliotheca Nationali latet Graecorum, qui tam suspiciose libros istos Patriarchatus custodiunt, ut quamvis gravi auctoritate tibi petenti ne unius quidem libri inspiciendi aditum dent. sed scimus e catalogo codicem nostrum scriptum esse ab ipso Maximo

Margunio, qui doctissimus Cytherorum episcopus Davide Hoeschelio teste multa Gregorii scripta non possedit solum, sed liberaliter in communionem contulit hominum eruditorum (cf. D. Gregorii Nysseni opuscula quinque, Graece nunc primum edita studio et opera Davidis Hoeschelii, Lugduni Batavorum apud Raphelengium 1593, vide praefationem (paginarum numeris non notatam) et p. 156 et elenchum operum Gregorii p. 182 sqq.). qui Margunii liber cum aliorum patrum tum vero nostri opuscula tenet. sunt autem Gregorii sedecim, e quibus octo opera librorum titulis apud Hoeschelium ut Margunii signatis congruunt. oratio in Meletium, quae exstat foliis 108v-111v inclusa, inscripta est εἰς Μελέτιον ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας ἐν κωνσταντίνου πόλει τελευτήσαντα qui titulus nisi in libris ΕΛ eorumque asseclis (Q et Montepess, non in Par 503) nusquam reperitur. maxime vero cum libris Q Montepessulanoque concordat propterea, quod titulo non praeponit auctorem. quibus cum libris etiam verba orationi in Flacillam inscripta (quod nomen hi omnes perperam reddunt πλακίδαν) consentiunt. ceteros titulos non examinavi.

Restat, ut duo libros producam, quibus classem primam concludam: Codex Vaticanus graecus 1907, chartaceus saec. XII vel XIII, foliorum 308. quo de codice
S augusto vide huius editionis vol. II², p. XXXVII-XL, quibus conferas vol. VIII, 1, p. 6-11; 94-98; 157 sqq; 229-231; 359-361; vol. III, 1, p. XI-XV; vol. VI, p. XVIII sqq; vol. V, p. 11-13; 202-208. codex continet orationem in Meletium foliis 27r-28v. doctum codicis scriptorem vel aeque veterem correctorem interdum ex ingenio vel ex alio libro, quae legere non potuit, supplevisse iam Laurentius A. Zacagni animadvertit (Collectanea monumentorum ecclesiae Graeca ac Latina quae hactenus in Vat. Bibl. delituerunt, Romae 1698, p. LIII, cui conferas p. 123). idem editores nostrae

aetatis confirmant. atque invenies in nostra quoque oratione multas eius generis emendationes, cuius de origine dubitari potest. haec habes exempla, quibus ubi congruunt cum codicibus alterius classis, sigla eorum adscribam: p. 447, 5 ἐκείνης: ταύτης S (mutavit pronomen ecclesiam Antiochiae spectans); p. 447, 16 ἐν om S (superfluam duxisse videtur praepositionem ἐν ante verbum ἐγγεγραμμέναι); p. 448, 8 ταῦτα: τοῦτο S (ut cum ὃ congrueret); p. 449, 11 ἐκείνη om S (i.e. pronomen ecclesiam Antiochiae spectans); p. 456, 8 σκηνώματος: σώματος S (nempe ut idem sueta voce significaret); p. 443, 8 τοὺς υἱοὺς: τοῖς υἱοῖς S (praetulit dativum post διοχλεῖν) HT Basil Univ F.V. 29; p. 444, 5 εὐθυνόμενον: ἰθυνόμενον SO recc DG, fort recte; p. 445, 10 ἐλευθέρας: ἐλευθερίας SMKNO recc DG; p. 455, 1 ἐξυφήνας: ἐξυφάνας SHT Basil Univ F.V. 29; p. 455, 4 ὁ: ὡς ST Basil Univ F.V. 29; p. 455, 5 τῶν alt om S classis βL. quae emendationes, quidquid in singulas iudicii confers, textum praebent iteratis curis, ut ita dicam, constitutum. id quod brevi clarius cognosces, cum de communi familiae auctore quaesiero (vide infra p. 357 sqq.).

Bis in hoc codice oratio nostra instructa est scholiis prima manu ad margines scriptis. in margine sinistra folii 27v ad p. 445, 18-19 εὐγενὴς τῶν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν haec adnotavit (cum litterae evanuerint et extremum folium abscissum esse videatur textum liceat supplere ex apographo eius, i.e. e folio 58v codicis Vaticani gr. 1433 = Z. uncis angularibus signabo, quae ex Z supplevi, uncis curvatis, quae conieci): [καὶ ἐντεῦθεν δῆλον ὡς οὐ τοῦ νύσσης τ(ὸ εἰς τὸν) μάρτ(υρα) θε(ο)δώ(ρον) (sic)] ἐγκώμ(ιον)· ἐκεῖσε γὰρ τοῦτο τὸ] κῶ[λον ὡς καὶ] ἄλλα [ἐν ἄλλοις] ὁ ὑ[φελό]μενος [ἰδιοπ]οιή[σατο]. orationem autem Gregorii in S. Theodorum designat. nam ibi (vol. 46, col. 740 D 6 sqq. Migne) Gregorius idem loquendi praeceptum, 'patriam' dico et 'genus', absolvit eodem loco e

S. Scriptura sumpto usus (Iob 1, 3), quo in oratione nostra utitur. quo adductus spurium vocat sermonem illum doctus scholiasta noster. et enim ex hoc errore doctum editorem cognoscas. qui ut erat bene versatus in operibus Gregorii, cum de aliis, quae non pertinent ad nos, tum de exsiliis Meletii disputavit. pertinet enim alterum scholium ad p. 449, 4 sqq. adscriptum est margini superiori folii 28r, unde in dextram deserpit. paucissima manserunt. sed apographon verba servavit integra (fol. 59v). nostrum non est in codicibus recensendis scholia exscribere. haec tamen adferam: patriam Meletii, quo fugatum Antiochia exire eum iubet Constantius, scholiasta πολίχνην vocat τῆς ἀρμενίας, quod oppidum etsi scriptores historiae ecclesiasticae Graeci, qui de Meletio agunt, non commemorant, idem esse putaverim ac Πολίχνη Χοζάνων (nunc Khozat, ut vid.), oppidum in Armenia quarta, quae postea vocabatur, situm (cf. H. Hübschmann, Altarmenische Ortsnamen, Indogerm. Forschungen 16, Argentorati 1904, p. 197-490; p. 304). at de tertio Meletii exsilio, cuius mentio nusquam alibi fit nisi in oratione nostra (p. 449, 5-9; p. 450, 11), ne scholiasta quidem accuratius docet.

Z Codex Vaticanus graecus 1433, membranaceus saec. XIII, orationem in Meletium, quam foliis 57v-61r continet, ad verbum, ut solet, ex S descripsit paucis tantum mutatis. hic illic correctus est manu recentiore. de scholiis supra dixi. ingentem ex libris Cardinalis Sirleti codicem, quem anno 1612 Vaticano vendidit Ioannes Angelus Dux ab Altemps, adhuc non recensuerunt auctores catalogorum codd. mss. Gr. Vaticanae Bibliothecae recentiores. de eius fatis textu ordineque foliorum conferas, quaeso, quae attulerunt G. Mercati (Studi e Testi vol. 11, Romae 1903, p. 67 et ib. vol. 75, 1938, p. 118) atque in hac editione ii docti, qui de S egerunt.

Singulis familiae cognatis productis asseculisque

eliminandis eliminatis nunc nobis quaerendum est de communi familiae auctore. apparebit librum illum praebuisse textum ab homine aliquo docto ante saeculum nonum constitutum. sed priusquam de aetate dicamus, de ipso textu videtur dicendum. qui, quamquam periit, admodum clare cognosci potest. haec tibi dabo exempla emendationum, quibus ille textum sanare studebat: structuram verborum mutavit sive aliquam ad numerum conclusionem quaerens uti p. 443, 7 τῇ σιωπῇ τὴν ἀλγηδόνα: τὴν ἀλγηδόνα τῇ σιωπῇ ΕΛS, fort recte; p. 450, 14 ἀλλήλους εἶδον: εἶδον ἀλλήλους ΕΛS (adde p. 452, 19 et 453, 15) sive alia ratione adductus, cf. p. 444, 4 τὸ λαμπρὸν ἱστίον ἐκεῖνο: τὸ λαμπρὸν ἐκεῖνο ἱστίον ΕΛS et p. 446, 8-9; 450, 11. formis raris abstinuit: p. 444, 10 παθαίνομαι: πενθῶ· ἢ ἐν πάθει ἀσχολοῦμαι ΕΛS (quod e lexico sumptum videtur. an glossa antea iam in textum irrepserat?); p. 446, 14 ἐπαΐουσα: ἐπακούουσα ΕΛS; p. 457, 6 ζωροτέρῳ τῷ κράματι: μειζοτέρῳ τῷ κράματι ΕΛS. difficilia etiam alibi lenivit, ut p. 447, 8 τῇ ἐκκλησίᾳ (scil Antiochenae) τὸ πάθος: τὸ πάθος τῆς ἐκκλησίας (i.e. universae) ΕΛS; p. 450, 5 ζέουσα (scil ἡ νύμφη): ζέοντα (scil τὸν πόθον) ΕΛS; p. 453, 10 τὰ Βαβυλώνια ῥεύματα: τὰ βαβυλώνια ῥήματα ΕΛS (T Basil Univ F.V. 23); p. 453, 13 ἐν ἰτέαις ὁ βίος: ὡς ἰτέα ὁ βίος ΕΛS; p. 455 6 post Αἴγυπτον add ὁ μωσῆς Ε (iteravit μωσῆς) ΛS (ὡς μ.). tempora interdum mutavit, velut p. 444, 15 ἐποιήσαμεν: πεποιήκαμεν ΕΛS; et p. 445, 4; 453, 3; 455, 4. amplexus est brevitatem: p. 446, 11 et 448, 5 om ἀλλ' ΕΛS; p. 445, 7 et 451, 12 om ἦν ΕΛS. nonnumquam haud male textum polivit, ut p. 446, 18; 448, 2; 452, 15; 457, 3. textum denique ad S. Scripturam accommodare vel ex ea supplere studuit, velut p. 443, 17; 447, 14; 449, 12; 454, 8; 456, 10; 457, 6; 457, 8. quos locos in apparatu critico cum Scripturae verbis collatos ipse, quaeso, inspicias.

Quibus expositis perspicuum est fontem communem

librorum ΕΛS recensionem doctam fuisse, quam qui fabricatus est ut erat artis et grammaticae et bene dicendi peritus iure διορθωτήν appellari decet. sed textum ab illo viro tanta cum cura constitutum postea depravatum esse indicant nonnulla menda, quae codices ΕΛS suo quisque modo servaverunt imprimis p. 444, 2 αὐτῷ: σὺ δν Λ τῶ Ε (spatium quatt litt relict, — αὐ (sic) ante τῶ inser E^2) σὺν τῶ S; p. 445, 16 τὰ θαύματα . . . περὶ τούτων: τὸ θαῦμα . . . περὶ τούτων ΕΛ τὸ θαῦμα . . . περὶ τούτου S (ut congrueret cum voce praecedenti); p. 451, 3-4 ὑδρίας . . . ὕδατος πεπληρωμένας πλήρεις τοῦ ἀκηράτου οἴνου ἐποίησεν ἐν τῇ δυνάμει: τοῦ — ἐποίησεν om ΕΛ πλήρεις — ἐποίησεν om S, quia vox πλήρεις iam non habebat rationem. fortasse addenda sunt p. 445, 18 οὐκοῦν γνῶτε τίς ὁ ἀνήρ: οὐκοῦν τίς ἀνήρ ΕΛ οὐκοῦν καὶ οὗτος ἀνήρ S; p. 450, 11-13 ἕως . . . ἔδωκεν ἀνάπαυσίν τινα τῶν μακρῶν πόνων ἐλπίζειν: ἕως . . . ἔδωκεν ἂν ἀνάπαυσίν τινα τῶν μακαρίων ἐλπίζειν πόνων τὴν λῆξιν ΕΛ et S (qui tamen recte habet μακρῶν omisso ἄν). fons igitur proximus codicum ΕΛS recensio illa docta non fuit, sed liber ab ea derivatus hic illic corruptus.

Inveniuntur alia quoque menda, de quibus dubito utrum illi libro attribuenda sint an non, quia solum in Ε et Λ exstant, cf. p. 443, 9 ἀλλὰ μελανειμονοῦντες recte S: ἀλλὰ μελιμονοῦντες Λ (ἀλλ)ὰ μελανει(μονοῦντες) in ras E^2; p. 444, 3 καταδυεῖσα γυμνοὺς (vid app. crit.): κατάδυσις ἀγύμνους Λ (scil C pro Ε, scriptura continua male resoluta) (καταδῦσ)α, (γυμνοὺς) in ras E^2 (addito circumflexo gravique accentu supra κατα deleto) καταδῦσα γυμνοὺς recte S; p. 450, 7 μὲν ἐνήθλει recte S: μὲν ἤθλει ΕΛ; p. 451, 13 ἐναπολῆξαι recte S: ἐναποδεῖξαι ΕΛ (scil ΔΕΙ pro ΛΗ); p. 451, 14 ἔστιν recte S: ἔστι τι ΕΛ (fort ΤΙ pro Ν). iam supra monui auctorem codicis S textum iteratis curis edidisse. sunt, quae suo ingenio recte potuerit divinare, ut p. 446, 4 τῇ οἰκουμένῃ recte S: τὴν οἰκουμένην ΕΛ (e corr man prim); p. 452, 10 αἷς

recte S: ἃς ΕΛ, sunt, quae ex alio libro sumpsisse videatur, ut p. 442, 14 λύπης recte S (vid app. crit.): αὐγῆς ΕΛ αὐτῆς ΣΒ (scil ΑΥΓ vel ΑΥΤ pro ΛΥΠ); p. 450, 11-13 μακρῶν recte S vid supra. sed exempla p. 355 prolata, ubi S recta non attingit, monent, ne auctorem codicis S omnia tali modo sanare potuisse credamus. praestat igitur memoriam denuo depravatam codicum ΕΛ ab S disiungere et ad exemplar proprium relegare.

Exploratam habemus recensionem doctam et codicem depravatum, unde pendet codex S pendetque exemplar commune codicum ΕΛ. quid vero de aetate, qua recensio docta est orta? consensus codicum ΕΛ vestigia antiquae scribendi rationis subsequens (cf. p. 444, 3; 451, 13; fort 451, 14) memoriam repetit illius temporis, quo codices nondum ex litteris uncialibus in litteras minusculas transscripti erant, id est saec. IX. quod si recipimus, recensio docta nobis reponenda est in aetate a transscriptione longius remota. etiamsi fontem proprium codicum ΕΛ reiciamus utrumque ad idem exemplar e quo S derivatus est relegantes, tamen quia errores supra commemorati non recensioni doctae sed libro recentiori sed certe litteris uncialibus scripto attribuendi sunt, causam nostram obtinemus.


Ipsum quoque librum, quo usus auctor familiae ΕΛS laborem suscepit, discernere possumus. nonnulla enim, quae doctus ille vir emendabat, exemplar vitiosum ostendunt, ut p. 443, 11 οὐκ ἔστι: οὐκέτι ΕΛS (quod scriptura continua male resoluta effectum iam in exemplari fuisse opinor, quapropter formam verbi sequentis καταφαιδρῦναι in καταφαιδρύνει mutavit auctor familiae ΕΛS); p. 444, 5 διὰ παντός: διαπόντιον ΕΛS (scriptura continua male resoluta, ut vid); p. 444, 8 πεποιθότες om ΕΛS (quod iam exemplari defuisse opinor, quapropter ante ᾗ substituit ἐν auctor familiae ΕΛS); p. 451, 15 φλεγομένην καρδίαν: φλεγμονήν omisso καρδίαν ΕΛS

(nam in exemplari suo φλεγμένην (sic, cf. Σ) legisse videtur auctor familiae EΛS); p. 455, 3 μᾶλλον δὲ οὐχὶ θάνατος om EΛS (quae verba homoeoteleuto iam antea excidisse opinor, quorum in locum substituit, bene quidem, οὐ θάνατος δὲ τοῦτο auctor familiae EΛS).

3. *De fonte classis primae* (α)

Codicibus utriusque familiae recognitis quaerendum videtur de fonte totius classis communi. omnes enim quos adhuc examinavimus libros manuscriptos in eodem haerere auctore quamvis multis scilicet libris interpositis e mendis apparet communibus his: p. 442, 13-14 τῆς λύπης νεφέλην: νεφέλην τῆς αὐτῆς ΣΒ Ε(αὐγῆς) Λ (αὐγῆς) S(λύπης, cf. supra p. 359); p. 442, 19 πένθει: πάθει ΣΒ EΛS; p. 446,7 πλὴν om ΣΒ EΛS; p. 446, 14 οὐδὲ: οὔτε ΣΒ EΛS; p. 451, 5 ὑμῖν: ἡμῖν ΣΒ EΛS (L); p. 454, 8 παραπέτασμα: καταπέτασμα Σ (B deficit) EΛS; p. 454, 13 οὐδὲ: οὐκέτει Σ(B def) EΛS; p. 456, 18 θρόνου: θρόνων Σ(B def) EΛS. ex his locis unus, p. 442,13-14, gravioris est momenti. errorem enim testatur ex litteris maiusculis ortum. alii sicut p. 446, 14 et 451, 5 non multum valent ad cognationem codicum probandam. reliqui vero non tam vitiosas quam varias praebent lectiones eiusmodi, ut diu dubitaverim, an in textum eas reciperem.

Quod utcumque se habet, nunc totam quam recognovimus classis memoriam hisce mihi liceat lineis designare, quibus uno in conspectu omnia appareant:



II. De altera classe codicum (β)

1. *De stirpe MKOreccDGP sive de libro homiliarum*

Codices qui ex prima huius classis stirpe profecti sunt, in diversas eunt partes. cognationis vinculo artissimo libri MK coniuncti sunt, quos una cum apographis primos producam.

M Codex Mediolanensis Ambrosianus C 135 inf. (Martini-Bassi 862), membranaceus saec. XI exeuntis, foliorum 388. quem descripserunt Aemidius Martini et Dominicus Bassi (601 R, tom. II, p. 959-961). vide huius editionis vol. VIII, 1, p. 21-24; 108; 363 sq.; vol. III, 1, p. XV sq.; XL sqq. codex, quem e Thessalia Mediolanum advectum esse contendunt Aem. Martini et D. Bassi, multa opera

Gregorii, praecipue homilias continet, quo in numero oratio in Meletium est foliis 112r-118r inclusa. improbus ille, qui codicem ornamentis pulcherrimis nudavit, etiam folium 111 totum et partem folii 118 excidit, quo factum est, ut nostri sermonis initium usque ad p. 442, 5 πά(θους) et p. 455, 9 προσφιλοσοφεῖ usque ad p. 456, 1 θεός desiderentur. utraque tamen lacuna ex apographo (W) suppleri potest. tres manus, quae textum correxissent, distinguere se potuisse affirmat vir doctus nobis ignotus, qui ante hos L fere annos Mediolani librum contulit (cf. Jaeger, vol. VIII, 1, p. 22). quarum duae antiquiores (M^1 et M^2), quas ipse e tabellis photographicis vix unam ab altera distinguere potui, imprimis orthographiae et accentibus, ut memoriam priscae rationis scribendi delerent, operam dederunt. si alio libro usi sunt, ad eandem familiam pertinuit. tertia est multo recentior et post codicem mutilatum titulos restituit, nonnulla bene emendavit, alia inepte addidit, quae omnia unde decerpserit, incerta sunt. atque etiam tertiam, praesertim in orthographicis, ab aliis non semper discernere potui. omnes quidem correctiones, quas siglo M^1 distinximus, receptae sunt apographo W.

W Codex Vindobonensis Theologicus graecus 42 (Nessel = Lambeck 106), chartaceus saec. XII declivis, foliorum 237. quem descripserunt Petrus Lambeck (862 R, tom. IV, 1671, p. 24-29) Adam F. Kollar in editione altera Lambeckii Commentariorum (863 R, tom. IV, 1778, col. 51-61) Daniel Nessel (859 R, tom I, p. 122-125). aetate nostra accuratissime eum descripsit Josef Bick (865 R, p. 28). huius editionis vide vol. VIII, 1, p. 25 sq.; 108 sq.; 355-357; vol. III, 1, p. XLII. codex Vindobonensis, qui olim Constantinopoli in Monasterio Prodromi asservatus saec. XVI ab Ioanne Sambuco comparatus est et saec. XVII in Palatinam devenit, orationem in Meletium exhibet foliis 134v-138v ex Mediolanensi M ad verbum descriptam. quod iis locis confirmatur,

ubi W homoeoteleuto inductus nonnulla omisit, ut p. 448, 1 (vide app. crit.) post θυμιατήριον verba ἡ λυχνία, τὸ ἱλαστήριον et p. 455, 3 post θάνατος verba μᾶλλον—θάνατος. ubi scriba eo facilius errare potuit quod in exemplari, hoc est in codice M, homoeoteleuta alterum infra alterum scripta invenit.

Codici M persimilem habemus codicem Venetum
K Marcianum 67, membranaceum saec. XI, foliorum 432. quem descripserunt Ant. Mar. Zanetti et Ant. Bongiovanni (844 R, p. 45). huius editionis vide vol. VIII, 1, p. 112 sq.; 115; 158; 222; 347; vol. III, 1, p. XV sq.; XL sqq.; vol. V, p. 180. opusculis Gregorii eodem fere ordine collocatis cum codice M orationem in Meletium praebet foliis 59v-63r. manus altera, primae manui persimilis, magnam curam posuit in vestigiis priscae scribendi rationis delendis. maxime autem contendit ne iota adscriptum quin etiam subscriptum omitteret; id quod etiam in Oxoniensi animadvertes Venetiani propinquo.

N Codicem dico Bodleianum Cromwell 9, membranaceum saec. XII exeuntis vel saec. XIII ineuntis, foliorum 342. quem descripsit Henricus O. Coxe (651 R, pars I, 1853, p. 427 sq.). huius editionis vide vol. VIII, 1, p. 113 sq.; 157 sq.; 347; vol. III, 1, p. XLV sq.; vol. V, p. 180. librum, quem a. 1654 Oliver Cromwell Bodleianae donavit, e bibliotheca Iacobi Baroccii Veneti esse verisimile est (cf. H. Coxe, l.l., p. 1 et 417 et William D. Macray, Annals of the Bodleian Library², Oxonii 1890, p. 71), sed probari non potest (cf. Falconer Maddan et H. H. E. Craster in: 652 R, tom. II, 1, p. 11 sq.). quem olim possedit (non scripsit!), ut e subscriptione patet, Michael quidam Manichaita. sed haud scio an non integer ad aetatem pervenerit nostram aut certe ordo foliorum turbatus sit. quod dimidiata opera Gregorii, quae asservat Marcianus, praebet, tamen fortasse non est, cur mireris, cum in calce librarius ipse lectorem ad τὸ παχὺ βιβλίον deleget, ἐν ᾧ εἰσι . . . διάφοροι

ἄλλοι λόγοι τοῦ τῆς Νύσσης. qui in oratione nostra, quam exhibet paginis 156-166, ad punctum sequitur Marcianum, nisi quod in melius reficit accentus spiritus, quos eum interdum in ipso K, putaveris correxisse, si quidem K est exemplar. id quod pro mea quidem parte putaverim, praesertim cum eandem lacunam praebeat ac K, quam tamen haud male replevit: p. 445, 17 scriba codicis K verbum λοιπὸν in exemplari legere non potuit, cuius loco habet τὸ spatio quinque fere litterarum sequente, quod spatium librarius codicis N verbis (τὸ)ν ἀπελθόντα (compendio) καὶ (in versu sequenti) suo Marte supplevit (vide etiam quae infra p. 419 et 428 de ratione quae inter codices K et N intercedit, proposui). oratio autem tota instructa est variis quibusdam lectionibus sive ab ipso librario sive ab alio quodam eiusdem aetatis (N²) nitidis litteris magna cum diligentia super voces vel ad margines scriptis, quae e stirpe librorum liturgicorum praesertim e menologio Caesareo (vide infra p. 378) haustae esse videntur, ut haec docebunt exempla: p. 450, 2 ante ἐτρώθη add καὶ libri liturgici, sscr N²; p. 450, 14 pro εὐφροσύναι scripserunt σωφροσύνης MKN et alii, scripserunt εὐφροσύνης libri liturgici (et DG), sscr N². adde quae libri liturgici recte cum codicibus classis primae conservaverunt: p. 445, 10 supra ἐλευθερίας scr ας N²; p. 446, 18 supra ἀναβιῶσαι scr βοῇ N²; p. 447, 15 supra τρυφῆς scr ο N²; p. 451, 17 supra νῦν scr νί N². contagionem autem, qua integer familiae textus lectionibus ex alia sumptis contaminetur, si demonstrare vis, haud facile clarius exemplum invenias.

Quaerentibus nobis de familiae auctore plures non apparent quam quattuor errores communes: p. 444, 5 εὐθυνόμενον: εὐθυνούμενον (sic) M (εὐθυνόμενον in marg M³) W εὐθηνούμενον emendant KN; p. 444, 8 ἀνεπαυόμεθα: ἀναπαυόμεθα M (ε sscr M³) WKN (ε sscr N²); p. 452, 5 ποτὲ: τότε MWKN (ποτὲ sscr N²); p. 456, 11 ἐχόρευεν: ἐχόρευον W (M def) KN (corr N²). sed si spec-

taveris interpunctionem, accentus, litteras unciales, quibus initia paragraphorum notantur, tam insignis apparebit similitudo, quae inter codices intercedit, ut facere non possis, quin fontem proprium eis addicas. quod exemplar commune litteris minusculis exaratum fuisse vetustissimis prorsus confirmant accentuum prisci errores. ex hoc codice fluxit M fluxitque K. neque vero aut K ex M aut M ex K descriptus est. lacuna enim vetat, quam consulto hiantem reliquit K (cf. supra). codicem K, qui perraro ab M discrepet (recte servavit p. 445, 18; 454, 3; 454, 13 (ἀπεθ. K); 455, 11; 457, 6 et 7 (κράματι et δεξιοῦσθε K)) in apparatum criticum admitti opus non est.

Auctori illi codicum M et K pervetusto proximus est
O Monacensis graecus 370 (olim Augustanus), membranaceus saec. X, foliorum 410, quem descripsit Ignatius Hardt (622 R, tom. IV, p. 92-101). huius editionis vide vol. VIII, 1, p. 114 sqq.; vol. III, 1, p. XV sqq.; XL sqq.; XLIV; vol. V, p. 180. codex continet orationem in Meletium foliis 111v-118v. etiam Monacensis, qui liber bicolumnis antiquissimus primarius inter codices Gregorianos habetur, cum ea prisca scribendi ratione sit exaratus, cuius vestigia per universam huius stirpis serpunt subolem, multis locis ad veram cum verborum tum maxime accentuum scripturam correctus est manu saeculi XII vel XIII, quae breves quoque adnotationes — ut alibi sic in oratione nostra — adscripsit marginibus, unam ad p. 448, 7 (γυναικὸς κ.τ.λ.) πλακίλλαν λέγει, alteram ad p. 450, 9 (καί τις μοιχικῶς κ.τ.λ.) παυλῖνον λέγει καὶ δημόφιλον ἀρρι[ανὸν?]. quaedam autem emendavit manus recentissima, ut ad p. 450, 17.

Hic de quattuor codicibus recentioribus nobis agendum est, quos, etsi arta propinquitate cum Monacensi (O) esse iunctos inter omnes Gregorii operum editores satis sane constat, tamen, quanam cognatione illum hi contingant et unde sint orti, etiamnunc opus est investigari.

Mon. 107 Codex Monacensis graecus 107, chartaceus saec. XVI, foliorum 365. quem descripsit I. Hardt (622 R, tom. II, p. 2-10). continet orationem in Meletium foliis 92v-96v. codex duabus manibus correctus est, quarum una ipsius est librarii. utraque autem nisi calami quosdam errores nihil omnino correxit.

Matrit. 4864 Codex Matritensis Bibliothecae Nationalis graecus 4864 (olim Arch. Hist. 163, 6), chart. saec. XVI, foliorum 363. quem descripserunt Charles Graux et Albert Martin (56 R, p. 1-323, p. 24-26). exaratus est tempore concilii Tridentini sumptibus Martini d'Ayala († 1566), qui archiepiscopus Valentiae urbis in Hispania Tarraconensi sitae eum Monasterio ordinis S. Iacobi in oppido Uclès legavit, unde saeculo XVIII exeunte Matritum est asportatus (cf. Graux, Archives des missions sc. et littér. 3e sér., 5, Parisiis 1879, p. 125). Matritensis calami aliisque erroribus scatet, quos manus prima persaepe correxit. continet orationem in Meletium foliis 152v-157r.

Par. 585 Codex Parisinus Bibliothecae Nationalis graecus 585, chartaceus saec. XVI, foliorum 271. quem descripserunt F. Sevin (op. p. 5 laud., tom. II, p. 109) et H. Omont (58 R, tom. I, p. 99). continet orationem in Meletium foliis 74r-78v, in quibus correcturae non exstant. de scriba eius et possessore infra nobis erit dicendum.

Par. 586 Codex Parisinus Bibliothecae Nationalis graecus 586, chartaceus saec. XVI, foliorum 436. quem descripserunt F. Sevin et H. Omont (operibus laud. p. 110 et p. 99 sq.). continet orationem in Meletium foliis 203r-208v. codex ut alibi item in hac oratione lectionibus ad margines scriptis instructus est, quarum ratio, quam quidem in oratione nostra cognoverim, ita se habere videtur, ut corrector, ubicumque quid perperam scriptum esse erat suspicatus, id quod verum putavit, quam paucissimis litteris adnotaverit in margine exteriore, et cum alium librum data facultate inspexisset, ea quae invenerat

signo γρ. (ἄφεται) adposito plenis litteris adscripserit in margine inferiore ,velut ad p. 442, 16 καταδύναντος: καταὶ δύναντος in textu, τα in marg. ext, γρ. καταδύναντος in marg. int. vel ad p. 454, 1 ἀπέφραξεν: ἀπέθραξεν in textu, φρ in marg. ext., γρ. ἀπέφραξεν in marg. interiore. non omnia videlicet, quae suspicatus erat, in libro quem inspexit invenit, neque omnia, quae repperit, suspicatus erat, quo fit, ut hic aliquid exstet in solo margine exteriore, illic quid solo in interiore. atque cum omnes lectiones, quibus signum γρ. praefixum est (sunt autem duodecim vel quattuordecim), reperiantur in codice Par 585, qui tamen nullam ex iis praebet, quibus id signum praefixum non est (sunt autem sex), neque quisquam graviorum huius familiae errorum correctus sit, emendationes signo γρ. instructas e Par 585 esse haustas, eas quae eo signo careant, e consilio correctoris nullo adhibito libro adpositas esse marginibus meo quidem iudicio veri est simillimum. corrector autem non idem esse videtur qui librarius sed eiusdem fere cum eo aetatis, hoc est temporis concilii Tridentini. doctus quidem uterque, ut hunc calamus properans nitidaque scriptura illum coniecturae demonstrant.

Constat omnibus, qui libros recentiores Mon 107 Matrit 4864 Par 585 Par 586 (quos litteris recc complectar) in hac editione adhuc recognoverunt (cf. pp. ad O ll.), hos, cum tam insignis intercedat inter eos cum antiquo codice Monacensi (O) similitudo, aut ex ipso illo aut ex libro ei persimili descriptos esse. ac dubium non est, quin in nostra quoque oratione artissimo vinculo propinquitatis cum illo hi sint coniuncti. qui cum alia tum haec communia habent cum O: p. 449, 9 ἐπανάληψιν: παράληψιν O recc; p. 452, 10 αἷς: ἃς ὡς O recc; p. 455, 3 δεσμῶν: μελῶν O recc; p. 455, 11 ἐπιβατεύσῃ ἐν: ἐπιβατεύσειεν O (in -σειέν corr O²) recc (-σει ἐν Matrit 4864). menda igitur habent communia, attamen ea quae O solus omisit obstant, quominus libri recc. descripti esse

possint ex O, cf. p. 445, 12 ἐπεισάγειν τῇ εὐγενείᾳ; p. 454, 11-12 ἐντυγχάνει τῷ θεῷ; 455, 8 γῆν (vide app. crit.); 457, 3 λύπην κελεύει γὰρ οἶνον τοῖς ἐν (alibi recentiores ab O non discedunt, nisi quod vera reddunt, quae minoris momenti sunt haec: p. 443, 3 (τ.λ.); 445, 5; 449, 16; 456, 10). quid tum? Monacensis, si pater non est, nonne patruus est deperdito patre? quod si ita esset, vestigia esse oporteret fontis recentiorum communis. nemo enim librum descripsit, quin aliqua redderet falso. cuius rei vestigia, quamvis diligenter quaesierim, nulla tamen inveniuntur. neque enim aut cuncti aut duo certe e libris recentioribus, etsi pro sua quisque parte non semel erraverunt, ullum errorem habent communem, quin ipse quoque exhibeat codex O. si vero iste non modo non pater, sed ne patruus quidem est recentiorum, quorum tamen communicet familiae vitia quibusdam additis propriis, sequitur, ut frater sit. quartum enim non est. atque quae cognatio potest propior esse quam patris? hac ipsa autem ex ratione, quae intercedit inter codices O et recc, illud quoque intellegetur, quomodo fieri potuerit, ut libri saec. XVI memoriam textus minus depravatam servarint quam princeps ille inter codices Gregorianos antiquissimus Monacensis.

Quaerendum est igitur, quisnam fuerit auctor codicum O et recc, qui liber ante Monacensem confectum, hoc est ante saeculum X, exaratus vel plurimum potuit ad memoriam Gregorii his quattuor saeculis in occidentis partibus repetendam. nam studiis patristicis tempore concilii Tridentini renatis ex eo non modo quattuor minimum libri transscripti sunt tantum opusculorum numerum continentes, sed maxime etiam valuit (sive ipse sive per apographon nunc deperditum) apud homines illos eruditos, qui opera Gregorii saec. XVI Latine verterunt atque saec. XVII typis Graecis expressa ediderunt (cf. infra p. 410-414). itaque viget ille adhuc in utroque textu vulgato editionis Graecolatinae Migneae.

de ipso vero libro pervetusto, etsi perisse videtur, unus ex apographis quaerentes nos tamen quaedam docebit. Parisinum dico Graecum 585. qui ex parte quidem manu Zachariae Scordylis sacerdotis Cretensis († 1563) scriptus, antequam in bibliotheca Regia collocatus est, in bibliotheca fuit Boistalliana, cuius in indice librorum Graecorum, qui ab eodem Zacharia confectus nunc Bernae asservatur (Ms. 360; ed.: Intelligenzblatt zum Serapeum 19, 1858, Nr. 21, p. 161-164; Nr. 22, p. 169-172), numeri nota 150 signatur: τοῦ μεγάλου πατρὸς Γρηγορίου τοῦ Νύσσης τὰ πάντα (ib. p. 170). cum autem Jean Hurault Mersy dominus de Boistaillé († 1572) officiis regii legati cum Constantinopoli tum Venetiis sit functus, Zachariam Scordylem librarium eius in alterutra urbe librum transscripsisse veri est simile. quod ipso codice Parisino confirmatur, cui, ut v. d. L. G. Westerink benigne litteris mecum communicavit, haec verba subscripta sunt (fol. 1): "Ex Bibliotheca Io. Huralti Boistallerii/Transcriptus ex antiquo exemplari/Bibliothecae Grimanae et recognitus/ Impensa facta aureorum decem". itaque cum Westerink omnino neget in primaria inter catalogos bibliothecae Grimanae adhuc servatos librorum Graecorum enumeratione (cod. Vat. Lat. Misc. 3960 fasc. adpos., saec. XVI) ullum esse librum, qui in nostrum quadret, nisi quem praebeat fol. 12r (365 Gregorii niceni sermones = 3.3.365 in indice ad litteram digesto, i.e. in fol. 54v ipsius codicis), non videtur dubitandum, quin hoc siglo designetur antiquum illud Dominici Cardinalis Grimani exemplar. quod etsi incertum est an una cum libris nobilissimi viri Ioannis comitis Pici Mirandulani bibliothecam Grimanam intraverit (Pici enim catalogos non inspexi), certe tamen ab egregio illo Cardinali una cum maxima parte ingentis eius bibliothecae addictum est bibliothecae Monasterii Canon. Regul. S. Antonii Venetiarum. ibi anno 1687,

nisi antea quis abstulerit, cum multis allis libris incendio est absumptum (cf. Theobald Freudenberger, Die Bibliothek des Kardinals Domenico Grimani, Hist. Jahrb. 56, 1936, p. 15-45, ubi ad annot. 81 addendus erit Par. gr. 585).

D Eodem loco cum libro Grimano exorti sunt duo codices Marciani: Codex Venetus Marcianus graecus 69, chartaceus, foliorum 422, saec. XII (exeuntis, ut opinor) ex Bessarionis Card. Niceni donatione, cuius in indice, ni fallor, sub nota est numeri 91 (cf. ed. apud H. Omont, Invent. des mss. grecs et latins donnés . . . par le Card. Bess., Rev. des Bibl. 4, 1894, p. 129-187; p. 149). quem breviter descripserunt A. M. Zanetti et A. Bongiovanni (844 R, p. 46; cui conferas Iacobi Morelli Bibliothecam ms. Graecam et Lat., tom. I, Passani 1802, p. 67). huius editionis vide vol. II^2, p. XLVII-L et vol. VIII, 1, p. 348; 351. continet orationem in Meletium foliis 209r-212v.

Mon. 92 Apographon est codex Monacensis graecus 92, chartaceus saec. XVI, foliorum 477. quem descripserunt I. Hardt (622 R, tom. I, p. 499-502), item Carolus Van de Vorst et Hippolyte Delehaye (42 R, p. 102-103). de codice in hac editione vide vol. supra laud. sermo noster, quem praebent folia 391r-396r, ad verbum ex D est transscriptus nonnullis erroribus additis propriis, quos ex parte quidem statim manus prima, ut videtur, correxit.

G Codex Venetus Marcianus graecus VII, 25 (olim Nanianus 136), membranaceus saec. XII, foliorum 310. codicem descripserunt primus Giovanni Aloisio Mingarelli (850 R, p. 314-318: saec. XI), deinde H. Delehaye (854 R, p. 224-226: saec. XII/XIII), tum summa cum cura, ut est solitus, A. Ehrhard (tom. III, p. 501-504), postremo in indice recenti Elpidius Mioni (Bibliothecae D. Marci Venetiarum codd. Gr. mss., tom. II = Indici e cataloghi, N.S. VI, Romae 1960, p. 40-44). inest praeter Menaei Iulii excerpta quattuor Panegyricum, quod vocatur, 'Constantinopolitanum Monasterii Prodromi pro festis immobilibus per mensem decembrem, ianuarium et februarium, id est tomus alter vitarum sanctorum in quattuor anni partes divisarum' (Mioni, cf. Ehrhard, tom. III, p. 345; 499-509; 519). continetur autem oratio Gregorii in Meletium sermone Ioannis Chrysostomi in eundem praemisso sub die 12 Februarii foliis 291r-295v. codex G complures praebet varias lectiones proprias ab illo fortasse, qui menologium composuit, sive ex ingenio sive ex alterius libri collatione illatos, velut: p. 441, 10 συσκηνίας: κηδείας G; p. 446, 2 μιμητής: ζηλωτής G; p. 447, 13 περιέχουσα (scil. κιβωτός) ἐν ἑαυτῇ G; p. 448, 1 καρδίας: διανοίας G. Veneti D et G, etsi praeterquam, quod titulum praebent communem et p. 448, 1 (app. crit.) post θυμιατήριον addunt τὸ θυσιαστήριον, non habent, quae amborum sint propria, tamen ex eodem fonte fluxisse videntur.

Pant. 86 Ad eandem stirpem pertinet codex Athous Monasterii Pantokratoros 86, chartaceus anni 1227. quem descripserunt Spyridon P. Lambros (184 R, tom. I, p. 101 = n. 1120) et A. Ehrhard (tom. III, p. 1002). codex, qui binis columnis scriptus picturisque illuminatus homilias continet imprimis Ephraim Syri, tamen liber liturgicus non est, sed, ut ita dicam, scriptoris causa compositus est, cuius ex vitis duae subiunctae sunt veterum more opusculis, una Symeonis, cui cognomen est Metaphrastae, altera Gregorii nostri. cuius cum alia sequuntur nonnulla tum in Meletium sermo. qui 'ἐγκώμιον' inscriptus foliis 360v-365v continetur. ipse autem librarius sive suo Marte sive alio adhibito libro haud inepte textum non semel emendavit, cuius rei exemplum rettuli in apparatum (cf. ad p. 452, 15).


Barb. gr. 527 Apographon codicis Pantokratoros est Vaticanus Barberinianus graecus 527 (V, 23; olim 26) saec. XVII, foliorum 222. quem breviter descripserunt Sey-

mour de Ricci (728 R, p. 120) et H. Delehaye (729 R, p. 98). huius editionis vide vol. VI, p. LVI sq. etiam Barberinianus liber liturgicus non est. quamquam continet praeter Gregorii commentarium in Canticum Canticorum 'homilias et vitas sanctorum'. sunt ex parte quidem eaedem, quas liber Pantokratoros praebet. accedit, quod in imaginem Sancti Ephraim, qua illuminatus est ille, hic quosdam versus iambicos affert. et ex codice Athoo Barberinianus sermonem in Meletium, quem continet foliis 131r-134v, plane deprompsit. nam et illius propria menda recepit, ut p. 442,8 βιάσωμαι: ἰάσομαι Pant Barb; p. 447, 8 διαγγειλάσης Pant Barb; p. 456, 13 λαβεῖν: διαλαβεῖν Part Barb. et ab ipso illo deceptus falsum addidit hoc: p. 441, 9 μὲν recte Pant: εἶεν Barb, nam Pant, qui in initiis versuum saepe utitur litteris uncialibus, litteram M tam splendide pinxit, ut librarius Barberiniani legerit eam pro EI. hic illic eadem manus, quae textum exaravit, leviter eum correxit.

Ratio vero, quae intercedat inter familias stirpis, nisi mutuo quodam contagio non potest explicari. et memor sis velim codicis Oxoniensis (N), qui cum textum familiae expresserit purum, variis lectionibus tam ubertim postea sit instructus, ut, si quod apographon mansisset deperdito exemplari, turbata enodare prorsus non posses. est enim in tota hac codicum classe tum praecipue in stirpe, quam quaerimus, aliis quoddam cum aliis commercium lectionum, quod, cum rem ad pristinum ordinem me redigere posse desperaverim, ipsum saltem, quale nunc appareat, demonstrabo. sunt autem tres tantum errores, in quos tota congruit stirps: p. 450, 8 φυλάττουσα; p. 457, 2 ὁ ante Σολομὼν om; ib. 3 οἶνον post λύπῃ coll. cetera omnia menda contactus quidam veri subrepsit: p. 445, 10 ἐλευθερίας (ἐλευθέρας recte N² G); p. 446, 18 ἀναβιῶσαι (ἀναβοῆσαι recte N²O² Pant); qui contactus in libros D et G vulgatus haec videtur sanasse: p. 442, 16 pro καταδύναντος (-δύσαντος Pant) recte καταδύντος N²M³ DG; p. 450, 14 pro σωφροσύνης rectius εὐφροσύνης N² DG; ib. 17 pro νυμφοστολίσων recte -στολήσων O²DG Pant; p. 456, 12 verba οἷόν τις ὑδάτων habent N² DG om cett. nam si libros DG eo, quod his quattuor locis errores stirpis vitaverunt, ex integriore fonte fluxisse putaris, haud facile intellegas propinquitatem illam proximam, qua codicem Grimani attingunt, quocum haec menda communicant: p. 443, 2 συνοικίζοντες: εἰσοικίζοντες O recc D (sscr συνοι) G; p. 444, 5 εὐθυνόμενον (alii) Pant: εὐθυνούμενον M (corr M³) εὐθηνούμενον K ἰθυνόμενον (S) O recc DG; p. 448, 11 προμεμελετηκότα (alii) G: μεμελετηκότα (S) O recc D; 452, 18 τούτοις: τοῖς O recc DG; 455, 2 ἐπεκομίσατο: ἐπεκοσμήσατο O recc DG N² Pant; p. 456,13 ἀδιασπάστως: ἀδιάσπαστος O recc DG. qua cognatione perspecta opinor exemplar librorum D et G ab eodem loco cum codice Grimano esse profectum et ea menda stirpis, quibus hos videmus carentes, more codicis N(N²) ex alio emendavisse.

Codex autem Pant recta via ex communi stirpis fonte derivatus esse videtur, cuius errores semper fere conservarit menda librorum MK aut O recc propria non recipiens nisi p. 456, 11 ἐχόρευον cum (Σ) W(M def) K. in nonnullis lectionibus cum libris alterius stirpis vel etiam alterius classis consentit, ut p. 442, 17 ἀπεναντίας cum T; ib. 16 ὦ om cum ΣB; p. 448, 8 γένηται cum ΣB; p. 449, 15 τι cum T et VF, an recte? p. 452, 12 διεξελθὼν cum EΛ, quas tamen auctor codicis Pant, ut erat doctus, suo ingenio afferre potuit.

Restat quaedam igitur incertitudo de singulis codicibus huius stirpis. cuius stemma, etsi fuerit aliqua contaminatio, qua obstructus est aliquantum aditus ad veritatem, tamen propterea, quod artioribus vinculis propinquitatis plane coniuncti sunt libri DG cum O recc, hisce fere lineis mihi liceat delineare:



Exploravimus stirpem. fontem videmus. restat, ut genus quaeramus et aetatem. iam satis notum est plurimos huius stirpis libros eundem fere operum et delectum et ordinem servare (cf. vol. VIII, 1, p. 112-120). consilium autem, quo ita essent compositi, primus A. Ehrhard annum liturgicum respiciens intellexit (cf. tom III, p. 214-215, ubi libris O et recc, quos ille inspexit addendi erunt codices M W K). sedecim enim Gregorii homiliae, quas eodem ordine digestas priores praebent codices MKO Mon 107 Matrit 4864 Par 585 aliisque nonnullis postpositas libri W et Par 586 (qui ordinem paulum mutavit), ita sunt ordinatae, ut, quod fieri possit, ad sacra sollemnia spectent, velut:
(1) or. De deitate Filii et in Abraham (M. 46, 553-576): ad dominicam ante sollemnia natalicia D.N.J.C. (vel εἰς κυριακὴν τῶν προπατόρων, ut Graeci dicunt),
(2) or. In diem natalem Domini (ib. 1128-1149): ad diem 25 mensis Decembris,
(3) or. In S. Stephanum (ib. 701-721): ad diem 26 mensis Decembris, et cetera usque ad (16) Epistolam ad Eustathium de Sancta Trinitate (huius editionis vol. III, 1, p. 1-16), quae respicit Pentecosten. reliqua, quae sunt in codicibus, ad liturgicum annum non spectant. istos vero sedecim sermones, quo in numero est nonus ille noster in Meletium, aetate Byzantina non semel ad dies festos celebrandos esse adhibitos plane apparet e reliquis librorum liturgicorum Graecorum, quas A. Ehrhard summo labore collegit. etenim ipse Gregorius orationes illas maximam quidem partem in eos ipsos dies festos olim habuit. ex ordine igitur homiliarum in tot libris tam fideliter servato cognoscimus exemplar stirpis panegyricum fuisse, quod vocatur, speciale, hoc est Πανηγυρικόν ex homiliis unius auctoris, qui satis multa scripserat, factum. cuius generis libros inde ab saeculo VIII in usum venisse A. Ehrhard existimavit (ib. p. 209). huic autem panegyrico nostro inde a principio aliae quoque homiliae adiunctae esse videntur, nisi ea fallunt, quae docti editores de opusculis ad liturgica non spectantibus in eodem tamen stirpis auctore haerentibus in hac editione investigaverunt. itaque quaesierit quispiam, fueritne corpus aliquod Gregorii homiliarum panegyrico Byzantino antiquius, ex quo hoc sit tractum. cui non prius respondebo, quam ceteros codices classis recognovero.

2. *De Menologiis*

Venimus ad codices sex, quibus etsi fons communis fortasse non est, unam tamen stirpem feci constituentes. illorum enim librorum memoriam, ni fallor, repetunt, qui brevi post calendarium Byzantinum inventum,

hoc est saeculo VII exeunte vel ineunte saeculo VIII, in duodecim menses digesti ad anniversaria celebranda adhiberi coepti sunt ab ecclesia Constantinopolitana (cf. Ehrhard, tom. I, p. 33; 21). quod ipsum menologii genus cernitur in menologio Hierosolymitano, cuius testis est H.

H Codex Hierosolymitanus Bibliothecae Patriarchatus Graeci 1, membranaceus saec. X, foliorum 209. quem descripserunt Athanasius I. Papadopulos-Kerameus (444 R, tom. I, 1891, p. 1-8) et A. Ehrhard (tom. I, p. 567-570). continet paene integrum mensis Februarii menologium, quod antiquissimum ad aetatem nostram pervenit. atque placent argumenta, quibus A. Ehrhard homilias, quae hoc libro continentur, in usum ecclesiae Palaestinensis collectas esse demonstrat. quo in numero oratio in Meletium exstat sub die 10(!) Februarii foliis 66v-71v inclusa. cuius textus, ut pulcherrime est scriptus, ita abundat levioribus mendis cum accentuum tum scripturae, id quod documentum habetur memoriae vetustae a librariis docti saeculi noni Byzantinis ad normam grammaticae artis antiquae nondum redactae. ceteri quoque errores levioris momenti sunt, ut ab ipso librario eos dixeris textui esse illatos. qui hic aliquid omisit, illic verba paululum transmutavit, uti p. 449, 11-12 ἡ — εἶδε om; p. 449, 14 τὸν: τὸ omisso ὅρον; p. 453, 1 καὶ ἄλλην ante τινα (p. 452, 19) coll cf. T; p. 453, 5-6 et ἑαυτῶν prim post ὄργανα et ἑαυτῶν alt post τε collocavit.

Orationem mutilam exhibent duo libri, qui cum aetate longe discrepent, maxime tamen congruunt textu: Codex
Mosq. Mosquensis Musei Historici Bibl. Synod. 124 (Vladimir
162 162), membranaceus partim saeculo X, partim saeculo IX binis columnis exaratus, foliorum 288. quem descripsit Archimandrita Vladimir (613 R, tom. I, p. 171-175). provenit ex Coenobio S. Dionysiu sub Monte Sancto sito. pars libri vetustior ornamentis illuminata tres Meletii

exhibet laudes, primam vitam illam adhuc ineditam, quae sine auctoris nomine incipit verbis οὗτος ὁ ἀοίδιμος (BHG³ 1245), alteram Gregorii nostri orationem funebrem foliis 184r-186v inclusam, postremum encomium Ioannis Chrysostomi, quod ille quinquennio post Meletii obitum dixit. nostram autem praebet valde decurtatam. deficiunt enim verba inde a p. 441, 12 τὸ usque ad p. 450, 8 σωφροσύνῃ. mansit igitur nihil admodum nisi ultima lamentatio (θρῆνος) et ipsa consolatio. atque miror, quemnam praebuerit tam mutilus sermo sacris officiis usum. eadem vero lacuna in altero quoque, quem nunc tractaturus sum, codice hiat.

Dion. Codex Athous Monasterii Dionysiu 145, chartaceus
145 a. 1619 et 1647/8 tribus manibus exaratus, foliorum 546. quem descripserunt Sp. P. Lambros (184 R, tom. I, p. 344 = n. 3679) et A. Ehrhard (tom. III, p. 46-48). de libro in hac editione egit V. Woods Callahan (vol. VIII, 1, p. 354 sq.), cum de Vita S. Macrinae praefaretur. codex continet menologium complures menses amplectens, de cuius ratione vide Ehrhardt, tom. III, p. 57. lectiones mensis Februarii, quae exstant in parte libri recentiore, manu Galactionis abbatis, ni fallor, sunt exaratae, cuius iussu Ioasaph librarius ille Montis Sancti diligentissimus opus continuabat. Galactio autem orationem nostram, quam sub die 12 Febr. foliis 103v-106v praebet, iisdem Meletii laudibus circumdat, quibus codex Mosquensis. unde tamen testum non videtur hausisse. nam reddidit non solum quaedam emendata, ut p. 453, 5, ubi pro ἑαυτῶν τὰ ὄργανα scripsit τ. ὄ. ἡμῶν, aut p. 441, 12, ubi ἐκείνῳ κρεῖττον in ἐκείνων κρείττων mutatis lacunam claudere conatus est, sed haec integriora servavit quam Mosq: p. 452, 15 οἱ recte habet Dion, om Mosq; p. 453, 20 ἐπιλέλησται recte Dion: ἐπιλέληπται Mosq; p. 454, 3 ἀποψήσασθε recte Dion: ἀποψήξασθε Mosq (H T). maximi autem momenti est p. 452, 9 ubi verba καὶ-ὑπελείφθη om et Mosq et Dion, ille nullo spatio hic spatio 20 fere

litterarum relicto. qua re perspecta codicem Dionysiu non e libro Mosquensi sed ex fonte cum illo communi emanavisse putaveris.

Quod exemplar commune cum omnes errores classis tum proprios exhibuisse consensus codicum docet. de lacuna magna iam supra dixi. praeterea Mosq et Dion omiserunt p. 451, 7 τὴν χάριν; ib. 12 ὡς prim (Dion spatio relicto duar litt, Mosq litteris υι vel alioquo signo stulte suppeditatis); p. 455, 3 μᾶλλον-θάνατος; ib. 10-11 ἐλύσατο-διανοίας; p. 451, 12-13 ὡς alt- ταῦτα, pro quibus verbis legitur εἶτα in utroque codice. adde p. 451, 9, ubi pro λεπτοποιοῦντες habet λευτοποιοῦντες Mosq λευκοποιοῦντες Dion. porro emendationes vel potius depravationes inveniuntur, ut p. 441, 5 post ἀποστόλων add μελέτιος ὁ μέγας ὁ τῆς ἀντιοχείας γενόμενος πρόεδρος Mosq Dion (neque id est mirandum, quia in hac oratione Gregorius nomen Meletii nisi semel tecta quadam significatione (p. 448, 11) omnino non dicit); p. 451, 8 οὗτοι: τούτου Mosq Dion; p. 451, 15 καταπεφθῆναι: καταπαυθῆναι Mosq Dion; p. 452, 3 οἴχεται: οὐκ ἔστι Mosq Dion; ib. ἐκεῖνο: ἐκείνῳ Mosq Dion; p. 456, 12-13 ὁλκὸς . . . ῥέοντες: ὁλκὰς . . . ῥέουσα Mosq Dion (cf. SyR); p. 456, 16 διετίλλετο: διενέμετο Mosq Dion.

Proximum est, ut libros producamus tres, qui menologium Caesareum, quod vocatur, conservant.

T Codex Athous Monasterii Kutlumusiu 23, membranaceus saec. XII, foliorum 304. quem descripserunt Sp. P. Lambros (184 R, tom. I, p. 276 = n. 3092: saec. XI) et A. Ehrhard (tom. III, p. 407-409). qui liber pars est menologii Caesarei alterius (= Men. Caes. B apud Ehrhard, tom. III, p. 407-442; cf. ib., p. 341-407) lectiones complectens mensium Februarii usque ad Maium. sermonem in Meletium praebet sub die 12 Febr. foliis 54r-60r. utrumque autem huiusce generis menologium compositum esse in usum Michaelis IV imperatoris (1034-1041), cui cognomen erat Paphlagoni, magnis

argumentis demonstraverunt François Halkin (Le mois janvier du 'Ménologe impérial' byzantin, Anal. Boll. 57, 1939, p. 225 sqq.) et A. Ehrhard (tom. III, p. 403-405; 435-438). acrostichidem vero ipse videbis. quae utriusque propriae sunt preces pro imperatore, noster quoque exhibet sermo in fine aliquibus praepositis verbis, quae, nisi in hoc genere menologiorum, nusquam alibi inveniuntur. sunt autem haec: post p. 457, 8 πένθος addit καὶ εἰς λαμπροτάτην καὶ φαιδρὰν ἑορτὴν τὴν ἐπελθοῦσαν κατήφειαν ἐπὶ τῇ πρὸς θεὸν ἐκδημίᾳ Μελετίου τοῦ μάκαρος. δι' ὃν καὶ τοὺς μακροὺς ἐκείνους ἀγῶνας γενναιοφρόνως ὑπέστη καὶ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἄχρι καὶ αὐτοῦ θανάτου ἀντικατέστη τὸν τῶν αἱρέσεων ζόφον διασκεδάζων καὶ τῷ τῆς εὐσεβείας φωτὶ τῷ σοφῷ αὐτοῦ λόγῳ παρέχων ἐλευθερίαν. sequuntur preces: οὗ ταῖς πρὸς θεὸν εὐπροσ- (fol. 60r) δέκτοις πρεσβείαις τὰ κατ' ἔφεσιν εὕροι ὁ εὐσεβὴς ἡμῶν βασιλεὺς καὶ ὀρθόδοξος, Μυρίας κατ' ἐχθρῶν νίκας καὶ τρόπαια, Ἱλασμὸν(-ῶν cod) πλημμελημάτων καὶ Χαρᾶς μετὰ τέλος οὐρανίου τὴν μέθεξιν, Ἁγίων πάντων τὴν εἰς αἰῶνας ἀνάπαυσιν Ἧς ὀδύνη πᾶσα καὶ στεναγμὸς ἀπελήλαται, Λαμπρότης δὲ ταύτῃ καὶ εὐφροσύνη δεδώρηται Παρὰ χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου θεοῦ ἡμῶν μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι· δόξα κράτος τιμὴ καὶ προσκύνησις· νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν:— quae verba usque ad ὀρθόδοξος (9) A. Ehrhard (tom. III, p. 413) primum expressit typis. eadem autem reperiuntur in duobus libris recentioribus, Prot 47 et Athen 982, qui eandem eiusdem menologii continent partem. sed oratio pro imperatore, quamquam alibi in his libris retenta esse videtur (cf. Ehrhard, tom. III, p. 411, ann. 1), deest apud nos verbo ἐλευθερίαν (7) subiuncta doxologia. multis annis a Caesaribus interiectis obmutescunt pro Caesare preces.

Prot. 47 Codex Athous Monasterii Protatu, chartaceus anni 1598, foliorum 344, a Cyrillo monacho exaratus. codicem descripserunt Sp. P. Lambros (184 R, tom. I, p. 7 =

n. 47) et A. Ehrhard (tom. III, p. 409-411; 413 ann. 2). quem librum etsi recognoscere mihi non licuit, tamen, cum idem menologii genus contineat ac codex T, eundem fere praebere textum cum illo opinor. oratio in Meletium est sub die 12 Februarii. quae unde incipiat nescio, desinit in folio 154.

Athen. 982 Codex Atheniensis Bibliothecae Nationalis 982, chartaceus anni 1599, foliorum 323, a Leontio monacho exaratus. codicem descripserunt Ioannes et Alkibiades Sakkelion (146 R, p. 176: a. 1600) et A. Ehrhard (tom. III, p. 409-411). continet orationem in Meletium sub die 12 Febr. foliis 104v-111r inclusam. precibus autem, ut dixi, omissis in eodem terminatur quo codex Protatu.

Atheniensis aut ex ipso codice Kutlumusiu aut ex libro persimili illi manavit. quae propria peccavit, levissima sunt neque occulunt propinquitatem. consensum codicum T et Ath his paucis illustrabo exemplis: p. 445, 9 τούτους. πάντες: τούτους πάντας T Ath; p. 445, 13 διότι-πατήρ: ἦν τοῦ ὑμετέρου πατρός T Ath; p. 451, 13 ἐναπολῆξαι: ἐναποπαῦσαι T Ath; p. 452, 10 post γοώδεις add ἀναπέμποντος T Ath; p. 452, 15 αὐτοῦ: αὐτῷ T Ath; quibus haec, quaeso, addas omissa: p. 450, 10 καὶ πάλιν ἐπάνοδος; p. 456,10 καὶ ὁμογλώσσοις. bis consentiunt cum aliis contra suam ipsorum classem p. 445, 11 δυσγένειαν recte T Ath cum ΕΛSΣBCVF: σύγγενειαν cett (Mosq Dion Bas def); p. 453, 1 φωνὴν: ᾠδὴν T Ath cum ΕΛSCLVF.

Basil. Univ. F.V. 29 Nunc mentionem faciamus oportet codicis Basiliensis Bibliothecae Universitatis F.V. 29, membranacei saec. XII/XIII, foliorum 129. quem descripserunt H. Omont (87 R, p. 394-395: saec. XIV) C. van de Vorst et H. Delehaye (42 R, p. 195-196: saec. XII) A. Ehrhard (tom. II, p. 45-49: saec. XII/XIII). continet partem panegyrici, quod vocatur, in annum, hoc est libri, qui non solum diebus festis immobilibus, sed mobilibus quoque praebet lectiones easque totum in

annum. A. Ehrhard, pristinum ordinem foliorum intellegens orationem nostram, quae sub "die 12 eiusdem mensis" (scil. Februarii) nunc continetur foliis 128r-129v, reponendam esse contendit ante folium 79r, ubi sub "eodem die" encomium Ioannis Chrysostomi in Meletium orditur. quod, cum hoc inscribatur λογ(ος)ιθ', illa nostra autem λογ(ος)ιη', numerorum quoque priscis notis confirmatur. sermonem vero in Meletium Basiliensis mutilum habet quattuor foliis ternionis, ut videtur, amissis, cuius folia extrema manserunt duo, ita ut verba inde a p. 443, 9 μελανειμονοῦντες usque ad p. 453, 6 τῶν nunc desint in codice. panegyricum Basiliense et menologium Caesareum artiore quodam vinculo inter se coniuncta esse videntur, cf. p. 453, 10 ῥεύματα: ῥήματα T Ath Bas (N^2 ΕΛS); p. 455, 4 γὰρ om T Ath Bas; ib. ὁ: ὡς T Ath Bas (S).

Hic inserendum est menologium quod nunc deperditum orationem continuit. codicem dico Monasterii

Mega Spil. 35 Megalu Spilaeu 35, membranaceum saec. XII, foliorum 256. quem descripserunt Nikos A. Bees (452 R, p. 38-40) et A. Ehrhard (tom. I., p. 356-358). fuit fragmentum menologii aut quattuor mensium aut semestralis et praebuit orationem in Meletium sub die 12 Februarii. codex autem una cum libris bibliothecae monasterii paene omnibus anno 1934 incendio absumptus est.

Atque haec quidem de libris liturgicis H Mosq Dion T Ath Bas. fons autem interpositus, qui eis libris solis sit communis, aut omnino non est aut propterea, quod codices Mosq Dion Bas textum nimis mutilum praebent, non cognoscitur. nam errores communes non inveni, si unum hunc excipias, qui, cum respiciat in S. Scripturam, minoris momenti est: p. 451, 19 κατὰ τὸ μέσον om H Mosq Dion T Ath Bas (cf. Luc 16, 26); cui tamen haec fortasse erunt addenda: p. 443, 8 τοὺς υἱοὺς: τοῖς υἱοῖς H (Mosq Dion def) T Ath Bas (S); p. 448, 14 οὐχὶ τὰ τέκνα ἑαυτῆς ἀλλὰ τὸν ἄνδρα: οὐχὶ τὸν ἄνδρα ἀλλὰ τὰ τέκνα αὐτῆς

(cf. Matth 2, 18) H (Mosq Dion def) οὐχὶ τὰ τέκνα ἀλλὰ τὸν ἄνδρα αὐτῆς T Ath (Bas def); p. 450, 2 ante ἐτρώθη add καὶ H T Ath (Mosq Dion Bas def) N². qui libri, quacumque ratione inter se sunt coniuncti, cum ab eodem auctore plane profecti sint ac libri stirpis primae, memoriam classis si non vetustiorem at certe incorruptam exprimunt ab iis, quae stirps prima perperam intulit in textum. cuius rei testem codicem Kutlumusiu 23 (T) apparatu critico recepi.

3. *De fonte classis secundae* (β)

Libri MK O recc DG Pant H Mosq Dion T Ath Bas multas lectiones cum varias tum plane falsas praebent, quibus eodem e fonte fluxisse satis demonstrantur. haec tibi dabo exempla (ipse, quaeso, memineris textum codicum Mosq Dion Bas mutilum esse): p. 443, 2 γάμον ὑμᾶς: ὑμᾶς γάμον β; p. 443, 13 ἀπηντήσαμεν: ἀπηντήκαμεν β; p. 444, 8 πεποιθότες: πεπονηκότες β; p. 446, 10 δριμύσσοντι: ἐδρίμυξεν β; p. 451, 1 τὸν ἴδιον om β; p. 451, 2 κυρίου: χριστοῦ β; p. 454, 5 ἀπήρθη: ἀφηρέθη β; p. 455,2 ὁσίου: τοιούτου β; p. 455,6 ἰλυώδη: ὑλώδη β (SyR); p. 456, 7 ἦν: ἦσαν β; p. 456, 16 χρωτῶν: προσώπων β (-ώπου Pant); p. 457, 8 περιστραφῆναι: μετατραπῆναι β. quae lectiones cum plerumque faciliores sint intellectu, ab aliquo illatae esse videntur correctore; haec autem plane sunt corrupta: p. 443, 20 ἐροῦσιν: ἐροῦμεν β; p. 445, 17 οὐκέτι: οὔτε β; p. 450, 15 ἀνενεώθησαν: ἀνενεώθη τὰ τῆς β. et quadrat indoles lectionum istarum ad ea, quae editores de textu aliorum Gregorii opusculorum, quae quidem libris huiusce classis contineantur, demonstraverunt. quo in numero est Ioannes Daniélou, cui editori Vitae Moysis (ed. alt., Parisiis 1955 = Sources Chrétiennes 1$^{\text{bis}}$) iudicanti de codice K (ei autem D audit) illud, quod dixit, repetere hanc classem memoriam editionis, quae, cum minus spectans ad elegantiam et orationem non

semel congrueret cum excerpto saeculi VII papyraceo, facta esset in usum monachorum Aegyptiorum (ib. p. XXXIV), etiam de opusculo nostro nescio an assentiaris hac adductus lectione: p. 455, 7-8 ἐπέρασεν οὐχὶ τὴν ἐρυθρὰν ἐκείνην, ἀλλὰ τὴν μέλαιναν ταύτην καὶ ζοφώδη τοῦ βίου θάλασσαν: ἐπέρασεν οὐχὶ τὴν ἐρυθρὰν ταύτην, ἀλλὰ τὴν μέλαιναν ἐκείνην κτλ. β

Quid vero de iis, quae in his solis exstant libris? an ab eodem classis auctore perperam sunt illata in textum? id quod de his quidem verbis, nisi me animus fallit, suspicor: p. 448, 1 post νόημα add ἐν ἐκείνῃ οἱ στῦλοι, αἱ βάσεις, αἱ κεφαλίδες, τὸ θυμιατήριον (post θυμ. add τὸ θυσιαστήριον DG, cf. In Cant. p. 43, 16), ἡ λυχνία, τὸ ἱλαστήριον, οἱ λουτῆρες, τὰ τῶν εἰσόδων καταπετάσματα β. nam quae enumerantur non ἐν ἐνείνῃ (scil. ἐν κιβωτῷ) sunt, quod absurdum est, sed tabernaculum ornant, cf. Exod. cap. 25-27; 30; Hebr. cap. 9. reperiuntur autem eadem verba in commentario, quod paucis annis post orationem habitam nostram Gregorius in Canticum Canticorum scripsit (vol. VI, p. 43, 15-44, 2); itaque non videtur dubitandum, quin loco nostro sint interpolata. ubi tamen, si 'ἐν ἐκείνῃ' illud excipias, haud inepte dicuntur. significat enim tabernaculi sacra supellex apud Gregorium τὴν τῆς ψυχῆς εὐφυΐαν, quae una cum τῷ κάλλει τοῦ σώματος ipso hoc loco laudanda praescripta est arte dicendi, cf. Menandri rhetoris Περὶ ἐπιδεικτικῶν p. 420, 12-20; 371, 26 (Spengel); Hermogenis Progymnasmata p. 16, 4 sqq. (Rabe). atque invenies eandem fere hanc et tabernaculi et arcae sacram supellectilem plenius expositam in laudatione Basilii fratris (p. 809 D 12-812 B 11 Migne), ubi eundem rhetorum locum copiose Gregorius tractat. neque est, cur miremur istis rebus sacris virtutes animi illustrari. nam alibi Gregorius docet et explanat, quae vis mystica insit non ipsi tabernaculo solum, sed omni apparatui eius (cf. In Cant. p. 44, 10-45, 15; Vita Moysis vol. VII, 1, p. 95, 10-97, 21

(ἡ κάτω σκηνή), quibus conferas τὴν ἄνω σκηνὴν ib. p. 89, 15-95, 9 Jaeger). optime igitur Gregorii operum erat peritus, qui illa subdidit nostris. quem verbis καὶ εἴ τι ἄλλο κτλ. (p. 448, 3) invitatum esse opinor ad interpolandum.

Verba autem κατὰ τὸν Παῦλον ἐν τῇ ἀνυπερθέτῳ ἀγάπῃ, quae p. 450, 1 post σώματος addit classis β, haud facile diiudicantur, genuina sint an spuria. quae, cum nisi a codicibus huius classis a nullo libro exhibeantur, textu expuli. quamquam non ignoro ea non carere auctoritate. nam iisdem fere Dei viris, quibus Gregorius Meletium comparat (sunt autem David, Salomon, Moyses, Samuel, Ioseph, Daniel, Elias, Ioannes Baptista, cui classis β subiungit, quem quaerimus, Paulum), anno ante contulerat fratrem (In Basil. p. 797 B 8-813 A 15 Migne). qua in collatione Paulus primum obtinet locum (ib. p. 797 C 4-801 A 15). et in illa quoque syncrisi, quam vocant, cui cum immixti sint alii quidam τόποι ἐπιδεικτικοί, quinque tantum constat exemplis iisque fusius tractatis (sunt autem Paulus, Ioannes Baptista, Elias, Samuel, Moyses), Gregorius caritatem apostoli laudat, ac ne verbum ὑπερτίθεσθαι quidem omittit (ib. p. 800 A 6), a quo rarum ἀνυπέρθετος illud ductum est nostrum. unde haec duo concludas additamentum aut Gregorii esse aut ab aliquo operum Gregorii non imperito e Gregorio, ut ita dicam, insertum. quod si ipsius Gregorii esse putaveris, convenientiam quandam ostendas partium, quibus in enumeratione virtutum quinquies sit verbum praepositum τὴν, ter autem verba ἐν τῇ. ex iudicio autem, quod feceris de additamentis, huius classis tota auctoritas pendet, quin ceterorum etiam codicum stemma. nam si essent Gregorii additamenta, uni, qui ea omisisset, tribuendi essent ceteri libri auctori. mea quidem opinione insertum utrumque. quorum si penitus perspexeris indolem atque naturam, ea fortasse aetati non attribues Byzantinae, sed eis temporibus potius, cum

cura textus sinceri praeponderari potuit ascetico quodam vivo ardore. itaque hominem illum, qui orationis textum, quem quidem libri classis β conservant, recognovit vel edendum, ut ita dicam, curavit, non multo post Gregorium defunctum vixisse opinor (cf. infra p. 404). cuius textus non modo receptus est libris liturgicis, qui Gregorii orationem in Meletium exhibentes ad aetatem nostram pervenerunt, universis (cf. supra p. 375 sqq.), sed valuit plurimum etiam ad editionem constituendam vulgatam (cf. supra p. 368 et infra p. 410 sqq.).

III. De codicibus CL et VG Berol

Ab omnibus libris adhuc recognitis segregandae sunt codicum familiae duae, quae una cum interpretatione Syriaca verba p. 453, 3-4 ὅτε—ἀπεκλάοντο recte conservaverunt. quae verba interpolata duci sane non debent, quia Gregorius verbis sequentibus (p. 453, 7-12 ἐὰν—ἔχομεν) ea ipsa, ni fallor, audientibus interpretatur. ex quo perspicuum est libros classium α et β universos ab uno, qui illa omiserit, pendere auctore. cum vero reliquis familiis (CL et VF Berol) error sociativus, qui vocatur, omnino non sit, an aliqua ratione inter se coniungantur, enucleare non potui. qua re perpensa istos libros, quamquam textum servaverunt integriorem, nunc demum proponere magis mihi est visum.

C Primus nobis est tractandus codex Vaticanus graecus 448, membranaceus saec. IX-X, foliorum 271. quem accurate descripsit Robert Devreesse (720 R, p. 197-199). huius editionis vide vol. VIII, 1, p. 352-353; vol. III, 1, XXVII; XXX sq.; vol. V, p. 198-208. codex litteris minusculis exaratus vetustis inter opera varia Gregorii orationem in Meletium praebet foliis 95v-102r inclusam. cui sermoni sicut aliis huius codicis homiliis titulus est litteris uncialibus inscriptus. pauca quae textum deficientia refecta sunt in marginibus, ut ἡμῶν

ad p. 449, 4 (ubi videas); μόνον ad p. 449, 10; τῶν θρήνων ad p. 452, 19, aut ipse librarius aut aequalis (C[1]) suppeditavit. qui alibi quoque leviora mutavit. codex C, etsi nullum folium huius partis amisit, textum non integrum praebet. desunt enim verba inde a p. 451, 9 τὸν λόγον usque ad p. 452, 19 ἀπὸ (verbis τῶν θρήνων scriptis ad marginem). quamobrem C[1] super (ἐλπίζετ)αι (p. 452, 19) litteris αι deletis ε scripsit, quo iungeret distantia. Vaticanus, quem vitam S. Macrinae e menologio deprompsisse V. Woods Callahan contendit (at cf. quae infra p. 391 de diebus ad titulos homiliarum nonnumquam adiectis admonui) orationem in Meletium quoque, quae tot menologiis tradebatur, e menologio fortasse excerpsit.

Ottob. 391 Codicem C duo subsequuntur libri chartacei saec. XVI, codicem Vaticanum dico Ottobonianum graecum 391 (olim Altempsianum), foliorum 184, qui orationem in Meletium continet foliis 179v-184r, et codicem Mediolanensem Ambrosianum graecum I 260 inf. (Martini-Bassi 1073), foliorum 262, qui orationem nostram praebet foliis 153r-158r inclusam. (Ambros. I 260 inf.) hunc descripserunt A. Martini et D. Bassi (601 R, tom. II, p. 1142-1144), illum Ernestus Feron et Fabius Battaglini (773 R, p. 204 sq.). codex Ottobonianus semper cum codice C congruit verbis p. 441, 7 τὴν ψυχήν exceptis, quae librarius suo ingenio correxisse videtur in τῇ ψυχῇ. neque quicquam eorum neglexit, quae a C correcta sunt. quam ob rem eum ex ipso C descriptum esse opinor. id quod haec menda approbant: p. 448, 7 κοσμίας τε (recte) C: κοσμία τε Ott Ambr; p. 449, 2 ἔστι (recte C): ἐπὶ Ott Ambr; p. 454, 1 τὰς τῆς (recte C): τὰ τῆς Ott Ambr. nam C litteras στ compendio scribere solet verbis nullo spatio interiecto prisca ratione continuatis. Ottobonianum autem Ambrosiani esse parentem cum alia confirmant tum haec: p. 441, 15 συμβουλεύων σιγᾷ: συμβουλεύωνσῒ γὰρ Ambr (in marg add ἴσ(ω)ς οὐκ ἔστιν sua videlicet emendatione)

συμβουλεύωνσιγᾶ nullo spatio intermisso C et Ott, sed Ott litteram (γ)α ita coniunxit cum circumflexu, ut eam facile pro (γ)αρ per tritum compendium scripto legere possis. p. 443, 12 post στολὴν Ambr add et del σαμεν, nam librarius oculis delapsus erat in lineam inferiorem, ubi eo ipso loco ἀπηντήσαμεν est in Ott. p. 448, 11 ὀστέα νεκρά: ὄστεα λεπτὰ C ὄστεα (sic) λεπτὰ Ott (litteris τεα incerta manu deletis) ὀσ (sic) λεπτὰ Ambr (margini adscripto ὀστέα e facili coniectura).

Proximum est, ut librum adducamus, qui, cum praebeat insolita, difficilis est iudicatu. codicem dico Laurentianum Mediceum plutei 5, 10, chartaceum saec. XIV, (L) foliorum 246. quem descripsit Angelo Maria Bandini (349 R tom. I, p. 23-30). continet magnum numerum carminum atque sermonum in honorem sanctorum aliisque de theologicis rebus ab auctoribus imprimis Italograecis, sed etiam Byzantinis confectorum (cf. K. Krumbacher, Gesch. d. byz. Litt.[2], Monachi 1897, p. 768-770, et A. Ehrhard, tom. II, p. 308, ann. 1). quem librum, cum maxima ex parte opusculis constet Italograecis (quae etiam nunc, ni fallor, pleraque sunt inedita), verisimile est compositum esse exaratumque in uno ex monasteriis Graecis, quae regulam S. Basilii tenentia inde a saec. VII/VIII in Italia meridionali, in Sicilia, quin etiam in ipsa urbe floruerunt (cf. A. Bandini, l.l.). fortasse Laurentianus ortus est Casolis in abbatia ad Hydruntum sita; nam exhibet et Nicolai (Nectarii) abbatis (1219-1235) versus permultos et Ioannis Grassi discipuli eius Rogeriique cuiusdam Hydruntini nonnullos; atque insunt quaedam Georgii quoque 'Chartophylacis' (Bardanis) archiep. Corcyraei, qui amicus Nectarii hospitio eius est usus. scripturam autem, nonne Italica sit, quaerere non ausim, cum difficillimum sit de hac re recte iudicare. est autem pessima. oratio nostra exstat sub titulo εἰς Μελέτιον τὸν ἐπίσκοπον κοιμηθέντα (quem titulum nusquam alibi invenimus) ut opusculum scilicet

adespotum foliis 140v-150r. insunt marginibus foliorum 148v et 149v sq(q?) scholia ascetica duo ab ipso librario scripta, quorum hoc ad p. 455, 9 pertinere videtur, alterum fortasse omnino non respicit nostra; quod partim una cum extremo margine vetustate corruptum partim compendiis paene tachygraphicis scriptum explicare non potui.

Sequitur ut quaeramus, qua ratione libri C et L inter se et cum aliis coniuncti sint. textus codicis L exaratus in Occidente tamen oriundus videtur nescio quo pacto ab eodem auctore ac C. nam etsi nihil admodum iis solis est falsum commune, eandem tamen praebent lacunam p. 451, 9 τὸν—452, 19 ἀπὸ, cui unum addas p. 450, 13 ἐλπίσαι pro ἐλπίζειν. reliqua menda aut propria sunt alterutrius aut communia alia cum aliis libris. quam lectionum dissensionem, cui tamen quidam, ut ita dicam, in lacuna subest consensus, cum contagiis recentioribus factam esse non existimem (nonne redactor lacunam replevisset?), iam in exemplari communi eoque vetustissimo exstitisse duco. quare eas, quas alias cum aliis habent communes, non tam diversas quam varias dico lectiones. quae antiquitus ortae in marginibus erant collocatae. quod cum hoc modo explanem, tamen quando quo modo ubi sit factum, plane non intellego. nonnulla autem, si placet, afferam exempla. haec quidem cognationem quandam cum familia ΕΛΣ ostendere videntur: p. 449, 8 ἦν β ἡν Σ ἦν B: ὧν LCΕΛΣ (VF); p. 450, 4 ἐμπλῆσαι: ἐκπλῆσαι LCΕΛΣ, an recte? p. 453, 1 φωνὴν: ᾠδὴν LCΕΛΣ (VF), an recte? (B def) p. 454, 11-12 τῷ θεῷ cf. Rom. 11, 2: θεῷ LCΕΛΣ (BVF def), an recte? p. 445, 3 μᾶλλον-θάνατος om LC et ΕΛΣ, qui verbis οὐ θάνατος δὲ τοῦτο suppl. lacunam (BVF def); alia id genus ut recta textu recepi, velut p. 448, 14; 451, 6; 454, 9 alibi. interdum L cum ceteris est, ut p. 448, 5 σινδόνες Lβ, cf. Matth. 27, 59: σινδὼν Σ -ῶνι (sic) B σινδόναι CΕΛΣ(VF), an recte? p. 451, 6 post

δαψιλῶς add ὑμῖν CΕΛΣ (VFSyR), quod in textum irrepsisse videtur ex margine, ubi ut varia lectio pro p. 451, 5 ἡμῖν (cf. LΕΛΣΣB: ὑμῖν recte CVFSyRβ) fort adscr erat. alterum vestigium textus variis lectionibus instructi hoc fortasse accipies: p. 446, 2 ἐγκαλλωπίζοιτο: -πίζεται L (sscr οιτο man pr) CΕΛ(VF), an recte? alibi vero L solus facit cum β, uti p. 445, 15 ὑπερβαίνει: -βαίνειν Lβ (excepto H), an recte? ib. 16 τι om Lβ (VF), an recte? p. 447, 15 τροφῆς: τρυφῆς Lβ(VF), plane falso; p. 448, 8 μαρτυρίαν: μαρτύριον Lβ (VF, etiam B), an recte? p. 450, 8 τῷ ante μέσῳ om Lβ, an recte? p. 455, 4 post ἠλευθερώθη add ἐκ β(SyR), an recte? παρὰ L (BVF def); p. 455, 5 τῶν alt om Lβ (etiam S), an recte? (BVF def); p. 457, 7 τοῦ λόγου ταῖς κύλιξιν: ταῖς τοῦ λ.κ. Lβ (B def) an recte? quibus, quaeso, ea conferas, quae ut recta textu recepi, velut p. 446, 7 τὴν L(omisso εἰς)β: om cett, an recte? p. 446, 18 δὲ Lβ: γὰρ ΕΛΣ om cett (SyR), an recte? p. 448, 5 (vide supra); p. 450, 3 καὶ ἀγαθῇ Lβ (Syr): om cett, an recte? quas omnes fere lectiones, ut antiquitus esse ortas intellegamus, interpretatio Syriaca nos admonet, quam, quod fieri posset, semper adhibui. cessat igitur recensio, quae diversis nonnumquam, variis numquam medetur, id quod nullum hoc clarius demonstrat exemplum: p. 450, 7 ἐνήθλει τοῖς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἱδρῶσιν: ἐ.τ. ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἱδρῶσιν Lβ, an recte? difficillimum diiudicatu. sunt enim paene synonyma, cf. ex. gr. Greg. Naz. In Caes. 760 A 8 (Migne) ἆθλον εὐσεβείας, sed ib. 768 C 9 τοὺς ὑπὲρ ἀληθείας ἀγῶνας vel ib. 769 B 11-12 ὁ τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστής, sed ib. 772 B 10-11 utrumque est: διακινδυνεύειν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας καὶ μὴ προδιδόναι δειλίᾳ τὴν εὐσέβειαν vel eiusd. In Bas. 537 A 5 (Valens etsi non fuit apostata, tamen Christianis non favit, vel potius non) Χριστιανῶν τῷ εὐσεβεστάτῳ μέρει καὶ καθαρωτάτῳ καὶ προσκυνητῇ τῆς Τριάδος ἣν δὴ μόνην εὐσέβειαν ἐγὼ καλῶ καὶ δόξαν (doctrinam) σωτήριον (cf. ib. 537 C 2 ubi ἀσέβεια i.q.

haeresis), sed ib. 589 B 12-13 μᾶλλον τῇ τε ἀληθείᾳ προσάγωνται (ad veritatem magis accedunt) καὶ τοὺς ἀσεβοῦντας ἐπιστομίζωσιν vel Greg. Nyss. C. Eun. vol. I, p. 220, 19 ἔστι ... τὸ κεφάλαιον τῆς τῶν χριστιανῶν εὐσεβείας τὸ πιστεύειν τὸν μονογενῆ θεόν, ὅς ἐστιν ἀλήθεια. . ., sed ib. p. 41, 24 ὁρᾶτε τὸν σφοδρὸν τῆς ἀληθείας ἀγωνιστὴν et vol. III, 1, p. 119, 5-6 τῆς . . . ἀληθείας τὴν συμμαχίαν (cf. ib. p. 128, 18); alibi saepe.

Quibus rebus cognitis codicem C ad textum constituendum adhibui. at codicem L, quem praeter p. 442, 1 συμπολεμῶν pro στρατηγῶν nihil adferre videmus, quin alii quoque praebeant, non admisi.

Reliquum est, ut pauca dicamus de indole familiae V VFBerol, quorum antiquissimus est codex Vindobonensis Theologicus graecus 37 (Nessel; Lambeck 67), membranaceus saec. X/XI, foliorum 371. quem ab Augerio Busbeckio Constantinopoli olim comparatum descripserunt P. Lambeck (862 R, tom. III, 1670, p. 127-133) A. F. Kollar (863 R, tom. III, 1776, col. 326-339) D. de Nessel (859 R, tom. I, p. 106-110). continet orationem in Meletium foliis 225v-230r. sub fine manus prima adiecit: ἐπιστολὴν ἐγκωμιαστικὴν οἶμαι εἶναι τὸν λόγον τοῦτον.


F Vindobonensi simillimus est codex Laurentianus Mediceus plutei 4, 9, membranaceus saec. XI (?), foliorum 320. quem descripsit A. M. Bandini (349 R, tom. I p. 528-530), qui saec. XII eum attribuit. sed antiquior est. persimilis enim est scriptura cum aliis libris antiquioribus tum imprimis codici Vat. gr. 1650 (olim Cryptoferratensi) a. 1037 in Sicilia scripto, cuius specimen invenies apud P. Franchi de' Cavalieri et Io. Lietzmann (Specimina . . .², Berolini 1929, Nr. 22). orationem in Meletium Laurentianus continet foliis 264r-267r.

Berol. 63 His cognatus est codex Berolinensis 63 (= Phillippicus 1467; Meermannianus 180; Claromontanus 95), chartaceus saec. XIII/XIV, foliorum 270. quem descripserunt Wilhelm Studemund et Leopold Cohn (214 R, tom. XI, I, p. 20 sq.). continet orationem in Meletium foliis 254v-258v.

Isti vero libri opusculis, praecipue homiliis, constant S. Basilii, cuius sub nomine sermonem in Meletium quoque afferunt (quae res, ni fallor, effecit, ut de vero auctore a quibusdam quondam sit disputatum). Berolinensis autem proponit orationem sub rubrica 'μηνὶ (Φεβρουαρίῳ? vix τῷ αὐτῷ; compendii notam dispicere non possum) ιβ' ', quae est dies S. Meletio sacra. huiusce generis rubricae ad reperiendam propriam diei lectionem quibusdam homiliis adiectae etiam in codice Vindob. Suppl. Gr. 108 inveniuntur, atque eae Basilianis quoque adscriptae (cf. A. Ehrhard, tom. II, p. 210, ann. 1). etenim ordo homiliarum in libris nostris servatus ex parte quidem liturgicum respicit annum. id quod etiam Stig Y. Rudberg animadvertit (Études sur la tradition manuscrite de Saint Basile, Lund 1953, p. 107-110). cui illud quoque assentior, quod una cum Rev. Ioanne Gribomont totam hanc collectionem, cui nomen subdant N(ilo, abbatis scil. primi Cryptoferratae), Italiae attribuit meridionali (cf. ib. p. 120 et 128).

De textu vero oratio quidem nostra inter omnes congruit. haec pro multis dabo exempla eorum, quae omiserunt VFBerol: p. 444, 14 ἐκοινωνήσαμεν-ἡμῖν; p. 446, 6-7 ἀγέλας-μὴ supposito καί; p. 453, 8 Βαβυλὼν-σύγχυσις; p. 453, 15 ἄκαρποι-456, 2 ἐπί, vel leviorum: p. 444, 5 ἀσφαλές: ἀφανές V F Berol; p. 447, 12 ἄνθρωπος: ναός V F Berol ('nomen sacrum'); p. 457, 7 ἀφθονωτέραις: ἀφρονωτέραις V F Berol. quaeratur igitur ratio, qua inter se sint coniuncti. haec autem monere videntur, ne aut F esse ortum ex V aut hunc ex illo putemus. quem cum alibi tum his locis lapsum non sequitur V: p. 449, 9 οἷος recte V Berol: om F; p. 449, 12 θεοῦ recte V Berol: om F. Vindobonensem autem a rectis discedentem in his aliis-

que non sequitur F: p. 445, 19 ἀληθινός post θεοσεβής coll F Berol: om V; p. 451, 3 αἱρετικοῦ recte F Berol: ἰουδαικοῦ V. quid denique de Berolinensi, quem semper a rectis vidimus stantem? ex neutro igitur fluxit. id quod his confirmatur, quae Berolinensis unus recta servavit: p. 447, 15 τροφῆς recte Berol: τρυφῆς V F (Lβ); p. 448,3 τὴν κιβωτὸν ἔχειν recte Berol: ἔχειν τὴν κιβωτόν V F; p. 448, 4 ψυχῇ recte Berol: τύχῃ V F. qui admodum multa scilicet propria exhibet menda, ut p. 443, 17 τὸν μέγαν om Berol; p. 445, 5-6 συμπαρατείνοντες: ἐπανατείνοντες Berol; p. 446, 8 πλὴν—9 βλάβη om Berol; p. 447, 11 κιβωτὸν—ὑποδέχονται om Berol; ib. 15 οὐρανίου: αἰωνίου Berol (nomen sacrum). alia id genus. quibus cognitis Berolinensem, si unum hoc excipias, quod p. 445, 12 ἐπεισαγαγεῖν pro ἐπεισάγειν habet cum libris Σ C L, nisi stirpis suae nullo ex libro esse contactum putaveris. quamquam in aliis, quae continet, a maculis ex altero conceptis purus non est (cf. S. Rudberg, L'homélie de Basile de Césarée sur le mot 'Observe-toi toi-meme' = Acta Univ. Stockholmiensis. Studia Graeca II, 1962, p. 87-88). qua re remota orationi in Meletium idem subest stemma stirpis, quod homiliis Basilii, hoc:



quae stirps tot talibusque erroribus scatet, ut eos in apparatum, ne nimis eum inflarent, non rettulerim. multa enim, quo facilia essent intellectu, suo Marte mutavit, qui textum stirpis constituit, id quod paucis liceat his demonstrare exemplis: p. 442, 4 ὄγκῳ: λόγῳ VFBerol; p. 443, 12 στολὴν: κεφαλὴν VFBerol; p. 444, 1 τῷ λιμένι: τοῦ λιμένος VFBerol; p. 451, 10-11 οἰκείαν ποιούμενοι: οἰκειούμενοι VFBerol; p. 452, 11 ὅς om et 12 ante καὶ add ἐν οἷς VFBerol; p. 453, 11 κλαίομεν ὅτι ... 12 ἔχομεν: ἐκλαίομεν ὅτε ... εἴχομεν VFBerol (εἴχ- in ἔχ- corr esse vid). exemplar autem, ex quo fons ille communis est ortus, laesum fuisse continuaque exaratum scriptura ex his, si videtur, cognoscas: p. 445, 17 ἀκίνδυνον τὸ: ὁσάκις δύνανται VFBerol; p. 448, 8 ὃ περὶ τὸν: ὅπερ εἰς VFBerol; p. 448, 11 ὀστέα νεκρὰ: ὥστε ἀνέκραγεν VFBerol; p. 456, 7 ἓν ἦν κατὰ: ἠνέγκατο VFBerol; p. 456, 4-5 εἴπατε: τὰ τῷ et εἴπατε alt: ἐπεὶ τά τε VFBerol litteris (διηγή)σασθε τὰ καλὰ διηγή(ματα) haplographia omissis. illum librum litteris uncialibus scriptum fuisse haec docere videntur: p. 442, 4 τονώσας: τονῶσαι VFBerol (I pro C?); p. 450, 4 ἀλλὰ: ἅμα VFBerol (M pro ΛΛ); p. 456, 8 πομπὴν: ποιμνὴν VFBerol (IMN pro MΠ). codices igitur VFBerol ab uno eodemque libro sunt orti vetusto, qui testis est textus a docto homine non post saec. IX recogniti et constituti. exemplar autem, quo ille est usus, iam non integrum fuisse veri est simillimum.

B. DE INTERPRETATIONIBUS ORIENTALIBUS

Ecclesiarum orientalium studia theologica, qualia fuerint et quanta, nemo est quin sciat. neque vero eos fugit, qui aetate nostra operibus se patrum Graecorum dederunt edendis, quam bonas reddere possent fruges arva, quae sunt ad orientem, consita olim a patribus Graecis. nam cum multis artisque vinculis diu coniunctae essent cum Graeca ecclesia gentes partium orientis, pauca sunt alicuius momenti opera Graeca, quae non sua fecerint illae in suas linguas vertentes. quo est factum nonnumquam, ut interpretationes ad nos pervenerint orientales, quarum exemplaria Graeca aut per memoriam multo recentiorem conservata sint aut omnino non manserint. at quamvis floreant studia orientalia, postquam inde a saeculo superiore neglecti

thesauri orientis ex oblivione interituque erepti in bibliothecas nostras comportari coepti sunt, tamen, quas diximus, interpretationes magna ex parte nunc etiam ineditae iacent. ac scriptorum Gregorii nostri, quae quando ubi sint ex Graeco conversa quibusque codicibus adhuc asserventur translata, ne elenchus quidem est generalis, qui singula unum sub aspectum subiciens de Syris Coptis Arabibus Aethiopibusque, de Armeniis tandem et Hiberorum (qui Caucasum colunt) nobilissima gente certiores nos faciat. itaque vel maxima laude eos duco esse dignos, qui cum litteras Christianas alicuius unius quae est sub oriente gentis tractarent, interpretationes quoque atque libros manuscriptos, qui eas continent, enumerare non fastidierunt. quos his paucis liceat nobis laudare. operum Gregorii interpretationes Syriacas Anton Baumstark enumerat (Gesch. der syr. Lit., Bonnae 1922, p. 79), Arabicas luculenter collegit Georg Graf (Gesch. der christl. arab. Lit., tom. I = Studi e Testi 118, Romae 1944, p. 332-335), Hibericas denique Korneli S. Kekelidze, qui ipse natione Hiberus et Georgicarum peritissimus litterarum cum omnium patrum Graecorum tum Gregorii nostri quae sive ex Graeco sive ex aliis linguis in Hibericum translata reperire potuit, maxima cura in unum locum congessit (Tpʿilisis Universitetis Moambe = Commentatii Universitatis Tephlisensis 8, 1928, p. 99-202; cf. Gérard Garitte, Bibliographie de K. Kekelidze † 1962, Le Muséon 76, 1963, p. 443-480 sub numeri nota 51 et de editione aucta ib. sub n.n. 83a et 132). utilissimum hoc opusculum Gregor Peradze de loco remoto ad nos deportavit et, ut adiri posset, Germanice vertit (Die alt-christl. Lit. in der georg. Überlieferung, Oriens Christianus, ser. 3, tom. 3-8, 1928-1933, passim; Gregorium autem invenies in tom. 5, 1930, p. 91-93, quo tamen non omnes, ni fallor, qui exstant relati sunt codices). cui elencho eos libros manuscriptos conferas,

quos Gregorii opuscula in linguam Hibericam versa continentes R. P. Michael Tarchnišvili in gratissimum nuper rettulit librum (Gesch. der kirchl. georg. Lit. = Studi e Testi 185, Romae 1955, p. 124; 138-190 passim; cf. p. 383; 477; 484). quos, anonymis videlicet interpretationibus omissis, iis locis commemoravit, ubi de Euthymio († 1028), Georgio († 1065 vel 1066), Ephraem Exiguo († ca. 1100) ceterisque litterarum Hibericarum luminibus egit. qui monachi humanissimi atque sancti, ut erant ingeniis praediti magnis, mira quadam interpretandi facultate excellebant et, ut verba usurpem Georgii Hagioritae (haud aliena enim esse putem a ceteris quoque, quae de Euthymio ille dixit), "credita sibi talenta multiplicantes sine intermissione interpretationi operam dabant nullam prorsus sibi requiem indulgentes, sed die ac nocte divinorum librorum mel suave avide colligebant, quo nostram et linguam et ecclesiam delectarent" (cf. Georgius Athonita, Vita Ioannis et Euthymii 24, ed. Paul Peeters, Analecta Bollandiana, vol. 36-37, 1917-1919, Bruxellis 1922, p. 13-90; p. 34; cf. etiam cp. 25, quo Georgius Gregorii opera, quae Euthymius interpretatus est, refert; ib. p. 34, 33-35, 2). sed cum Hiberi, Arabes, Syri quae a Graecis acceperint, satis perspiciatur, iam minus in propatulo est, quomodo Gregorium nostrum complexi sint Armenii, qui multa ex Graeco verterunt (cf. P. Peeters, Anal. Boll. 40, 1922, p. 265-276), quin nonnullorum vel antiquissimi interpretes habentur praeter Latinos (cf. Willy Lüdtke, Oriens Christianus, ser. 2, tom. 3, 1913, p. 264 de sermonibus Gregorii Nazianzeni). nam quae Armeniace asservantur, ut quae Coptice pauca, non sine labore tibi erunt colligenda undique ex difficilibus saepe et abditis catalogis bibliothecarum. idem cadit in litterarum Aethiopicarum barbariem piam, quae, ut est leviter saltem litterulis Graecis imbuta, Gregorii quoque perpauca recepit.

I. De interpretatione Syriaca

1. De libris manuscriptis

Etsi paene omnes catalogos librorum manuscriptorum Syriacorum apud Ignatium Ortiz de Urbina S. J. (Patrologia Syriaca, Romae 1958, p. 19-22) enumeratos investigavi, duo tantum codices repperi, qui orationem in Meletium conservant. quae ut in pluribus insit fieri posse ex eo facile apparet, quod nonnulli eorum virorum doctorum, qui catalogos composuerunt, homiliaria, quae dicuntur, id est libros liturgicos homilias continentes, non satis enucleaverunt. sunt autem quos invenimus hi:

Sy Codex Londiniensis Musei Britannici Addit. 12. 163, membranaceus, foliorum 311 (cf. Catal. of Additions to the Mss. in the Brit. Mus. in the Years 1841-1845, tom. 7 A, p. 47). qui liber tribus partibus constat, quae aliae aliunde sumptae postea in unum iunctae sunt. harum tertia (= Wright 566) folia 305v-311v amplectens saeculo VII (Wright; s. VI/VII Cat. of Add.) litteris Syriacis rotundis sive strongylis, quae vocantur, binis columnis exarata est et nihil continet nisi orationem Gregorii Nysseni in Meletium. hanc partem descripsit William Wright (Catal. of Syriac Mss. in the Brit. Mus. acquired since the Year 1838, pars I, Londini 1870, p. 445). totum autem librum, ut nunc est compactus, tripertitum Rev. H. Tattam anno 1838 ex Monasterio S. Deiparae "Syrorum" in deserto Nitritensi vel Scetensi sito una cum multis libris antiquitus scriptis Britanniam advexit (cf. W. Wright, op. laud., pars III, 1872, p. XI-XIII). sed nescio an in Aegypto codex exaratus sit, quia multos libros in Iacobitarum illo conventu servatos scimus allatos esse e Tur Abdin, Mesopotamiae illa regione, quae ad Nisibin sita monasteriis monophysiticis olim florebat. inde igitur multi libri in Aegyptum asportati sunt, quos

inter ducenti quinquaginta illi, quibus anno 932 Moyses Nisibenus abbas conventum S. Deiparae auxit. quod utcumque se habet, iste quoque, ad quem oratio in Meletium quondam pertinuit, liber vetustus, cuius genus reliquis foliis aut deperditis aut alibi latentibus pro certo cognosci iam non licet, in monophysitarum officina forsitan et compositus, certe exaratus est. quo loco etiam liber alter ortus est.

R Codex Londiniensis Musei Britannici Addit. 12, 165 (= Wright 825), membranaceus, foliorum 355 (cf. Catal. of Additions loco supra laudato). qui exaratus est anno (Domini) 1015, ut discimus e subscriptione folio 355r inserta. codicem pluribus locis vetustate perforatum descripsit W. Wright (op. laud., pars II, 1871, p. 842-851). de consilio autem, quo compositus sit, disputavit A. Baumstark in utilissimo libello, quem de fastis Syrorum perscripsit (Festbrevier u. Kirchenjahr der syr. Jakobiten = Studien zur Gesch. u. Kultur des Altertums, tom. 3, fasc. 3-5, Paderbornae 1910; p. 59-60). Londinium vero codex pervenit ex eodem unde alter liber conventu, ubi eiusdem viri comparatus est calliditate qua ille. quam ob rem hunc quoque e Mesopotamia oriundum esse existimaveris. scriptura, quamquam strongyla vocari potest, tamen, ut aetatis est recentioris, litteris constat, quae nisi me fallit inscientia mea, a formis curvatis ad quadratas magis tendunt Nestorianorum videlicet consuetudine, velut littera Hē. aliae ad scripturam, quae serṭō vocatur, propius accedunt velut littera Dalath; tamen minusculae vocales Graecae, quae hic illic inveniuntur, rarissimae sunt. singulas autem paginas binae tenent columnae. atque Iacobitica libri origo cum ex scriptura appareat et ex monasterio, quod eum possedit, tum magis ex ipso cognoscitur libro. qui nihil continet, quin sit aut scriptorum monophysiticorum, ut Iacobi Sarugensis, cuius e homiliis quinquaginta fere insunt, maxi-

mam partem poeticae vel mēmrē quae vocantur, Severi Antiocheni, Ioannis I patriarchae († 648) aliorum, aut orthodoxorum, qui ante schisma factum fuerunt, patrum Graecorum, ut Ioannis Chrysostomi, Basilii, Gregorii Nazianzeni aliorum. ipse enim liber homiliarium est, quod sex (non quattuor!) primis homiliis amissis nunc 107 sermonibus constat, atque iis more panegyricorum, quae dicuntur, in dies festos utriusque generis digestis. in quibus oratio in Meletium est sub numeri nota „qj" id est 110 (scil. 104 apud Wright) folia amplectens 346v-350v. neque alienum esse arbitror rationem loci breviter explicare, ubi oratio posita est, insolitam. praecedunt enim Ioannis Chrysostomi in SS. martyras confessoresque (102 Wright) et Iacobi Sarugensis in SS. martyras (103 ib.) singulae orationes. sequitur autem excerptum ex oratione in mortuos Chrysostomi (105 ib.) et Iacobi oratio funebris versibus scripta in episcopos sacerdotesque (106 ib.). cui subiunctum est funebre eiusdem in defunctos poema (107 ib.), quo homiliarium terminatur. istae vero quinque homiliae (102; 103; 105-107 Wright), nisi forte illa anniversaria respiciunt sollemnia, quae in honorem omnium sanctorum et in commemorationem omnium fidelium defunctorum aguntur, officia communia sunt, quae vocantur, id est ad quosdam sanctos vel mortuos spectant, qui officiis propriis carent. quod si est, ipsum dierum festorum annuum orbem, qui in hoc quidem homiliario die completur exaltationis crucis (14 Sept.), iam supra Iacobi de inventione crucis confecerat mēmrā (101). sollemnium igitur quasi agmen communia, quae diximus, claudunt. idem in multis homiliariis Iacobitarum invenies, e quibus pauca haec nominabo: codd. Mus. Brit. Add. 14.485-14.487; 12.139; 14.490; 14.689 (= Wright 220-222; 224; 225; 227); Vat. Syr. 559 (cf. Orientalia Christiana Periodica 5, Romae 1939, p. 207-222); Berol. Syr. 28 (= Sachau 220), qui codex libro nostro in omnibus simillimus est. quid vero de Gregorii in Meletium oratione, quam ascriptam videmus ad hoc genus officiorum? quod non sicut in libris liturgicis Graecis diem obtineat Sancti proprium (12 Febr.), non est cur miremur. non enim moris fuit Iacobitarum, ut sanctorum sollemnia agerent, quae futura essent in ieiunio quadragesimali (cf. A. Baumstark, op. supra p. 397 laud., p. 241-247). ex eo autem, quod in communia assumpta est, colligi potest eam non Meletii laudandi causa homiliario esse receptam, sed ut adhiberetur ad diem festum cuiusvis confessoris agendum. unius igitur laudem multi usurpaverunt. id quod saepius fortasse accidit, ut ex nonnullis Iacobi Sarugensis mēmrē apparet, velut ex homilia de funere Moysis, quae postea ad funus sacerdotum adhibebatur (cf. A. Baumstark, Gesch. d. syr. Lit., p. 151 adn. 5 ad cod. Mus. Brit. Add. 14.608 = Wright 766; de reliquis vide ib. p. 157 adn. 9). atque etiam Basilii, Chrysostomi, aliorum Graecorum sermones officiis funebribus recepti sunt Syriacis, ut ex his duobus libris patet, quos exempli causa afferam: codd. Mus. Brit. Add. 14.520 et 17.207 (= Wright 451 et 454). qua re non mirari oportet orationem Gregorii quoque, cum satis idonea esset, ita esse collocatam. immo vero, si quando examinata erunt officia funebria, quae latent in bibliothecis (sunt autem multa), orationem nostram ex his, posito, quo forsitan nunc occultatur, liturgico quasi amictu, denuo sive integram sive accisam in conspectum spero venturam.

2. De ratione quae intercedit inter codices Sy et R

Utrumque librum unius eiusdemque interpretationis repetere memoriam cum ex ipsis verbis ac litteris patet, quae eadem fere sunt per totam orationem utrique, tum vero multis mendis communibus confirmatur. e quibus haec pauca, si placet, exempli causa proferam: p. 443, 6 τὸ πάθος om SyR; p. 447, 4 τίς ὀφθαλ-

μὸς πονηρός om SyR; p. 454, 3 ἀλλ'-δάκρυα om SyR; p. 455, 7 ἐκείνην om SyR; p. 455, 8 ταύτην: τούτου (scil. κόσμου = βίου, v. infra) SyR; p. 456, 11 ἑκατέρωθεν om SyR. quibus ea, quaeso, addas quae infra nominabo. at libri tanto opere inter se congruentes tamen non carent, quibus discrepent, ut p. 450, 18 καλῇ: καλούς (scil. στεφάνους) R; p. 452, 12 περιπαθῶς: περιπαθῆ (scil. ἄλλα) R; p. 452, 12 καί: 'et' Sy 'etiam' R (melius quidem!). accedunt levissimae mutationes rerum ad artem grammaticam et rationem scribendi pertinentium (ut verba finita participiis praelata, pronomina αὐτός et ἐκεῖνος inter se commutata, puncta diacritica pluribus atque etiam aliis locis adhibita, alia id genus). quas si examinaveris, ex recognita interpretatione esse profectas arbitraberis. quin denuo codicem Graecum emendator, ni fallor, inspexit, id quod ex his quidem colligere possis: p. 445, 12 ὑμέτερος: ἡμέτερος R BSE; p. 447, 14 post μάννα add αὕτη (ἐκεῖ B) ἡ ψυχὴ ἡ χρυσῆ R B; p. 452, 9 ἠκούσατε: ἤκουσας Sy ἤκουσα R ES; p. 456, 7 ἦν: ἦσαν R (periphrasi usus) class. β. itaque incertum est, codex R utrum profectus sit a libro vetustiore, an originem acceperit ab ipso codice Sy, cuius errores proprios (sunt autem paucissimi et levissimi) corrigere potuit, uti p. 443, 5 post νῦν add δέ Sy; p. 445, 13 πατήρ prim om Sy; p. 447, 14 πλήρης alt om Sy (ascripsit aliquid ad marg. manus incerta, quod margine decurtato legi nequit); p. 444, 12 et 14 ἡμῖν: μοι Sy; p. 444, 12 post χρήσατε alt add μοι Sy ἡμῖν R; p. 445, 17 λοιπόν: νῦν Sy om R; p. 450, 16 ἦλθε (ܐܬܐ): ἀλλά (ܐܠܐ) Sy (calami scil facili errore). quod utcumque se habet, emendationes codicis R eo tempore interpretationi illatas esse opinor, cum Iacobiticum illud panegyricum "homiliarum magistrorum orthodoxorum" recognitum sit, id est saec. VII/VIII. nam "novae recensionis" se esse testem codex Berol. Syr. 28, saec. VIII/IX (= Sachau 222) contendit. cuius indole ac natura gemellus codex noster est (vide supra).

3. *De interpretationis Syriacae indole et ratione*

Interpretatio cum perspicuitate sententiae sit clara, tum verborum tamen est tenax. nam paene ad verbum interpres orationem de Graeco expressit. qui etiam multiplicem negationum subtiliter exsecutus est varietatem ac ne particulas quidem, quod fieri posset, neglexit. ratio vero, qua usus ille munus expleverit, nisi in singulas res quoad progredi potuerit, proprie exponatur, satis explicari non potest. at cum hic locus non sit, ut insigne illud reddamus exemplum, quod ante hos LXXX fere annos Victor Ryssel in duo libros ex Graeco in Syriacum versos edidit (Über den textkrit. Werth der syr. Übersetzungen griech. Klassiker, tom. I-II, Lipsiae 1880-1881), contractiora esse debent, quae nobis erunt dicenda de indole huius interpretationis. quae ipsa, cum ea, quam diximus, sit virtute ac tam longe repetat memoriam orationis (est enim multo vetustior quam antiquissimi codices Graeci), testis gravissima est. adhibenda igitur est ad constituendum textum. quod cum faciebam, ita agebam, ut in variis lectionibus nihil eorum referrem, quae non tam exemplaris Graeci quam interpretis esse putarem. nam interpretatio, cum tota posita sit in copia ac facultate et linguae et interpretis, necesse est verba variet atque immutet; quo tamen plerumque sententia omnino non aut vix commutatur. de hoc vero genere rerum liceat pauca exempli causa proferre: non semel singulas voces Graecas interpres pluribus verbis, ut fieri solet, exponit velut p. 446, 15-16 ποῦ τὸ φαιδρὸν ἐπὶ τοῦ χείλους μειδίαμα: ποῦ τὸ κάλλος φαιδρὸν τῆς ἡδονῆς (serenitatis) τῶν χειλῶν SyR; p. 447, 17-448, 1 τῇ καθαρότητι τῆς καρδίας: τῇ διανοίᾳ καρδίας καθαρᾶς SyR; p. 450, 2-3 ἐν τῇ ἁγνῇ καὶ ἀγαθῇ φιλοφροσύνῃ: ἐν ἁγνότητι καὶ ἐν τῇ ἀγαθῇ τῆς σωφροσύνης φιλοφροσύνῃ SyR. periphraseōn autem non istud solum sed ceterum quoque omne genus ab apparatu exclusi. ac ne illa quidem pronomina posses-

siva admisi, quibus haud inepte interpres, ubi rei conveniebat, articulos definitivos Graecos expressit, uti: p. 441,11 τοῦ πατρός: (τοῦ) πατρὸς ἡμῶν SyR; p. 451,2 ὁ κύριος: (ὁ) κύριος ἡμῶν SyR; p. 453, 6 τῶν ὀργάνων: (τῶν) ὀργάνων αὐτῶν SyR; p. 453, 19 τῆς δεξιᾶς: (τῆς) δεξιᾶς ἡμῶν SyR. item particulas, nisi forte dubiae controversaeque sunt inter codices Graecos, plane neglexi. nam interpres, cum omiserit nonnullas, verbi causa γάρ p. 445, 20, tum plures tamen easque saepe convenienter e suo ingenio intulisse videtur in textum, velut p. 441, 12 post ἐκείνῳ (cf. p. 442, 18 post τότε; 451,1 post ὡς; 454, 6 post ἀδύτοις) add γάρ SyR; p. 444,1 post ὦ add μέν SyR; p. 456, 17 post προσκείσθω add δέ SyR. ac praeterii etiam coniunctionem καί, quam hic illic inveni insertam, ut p. 450,4 ante πρίν alt; 453, 18 ante μοί. simul silentio sum praetervectus et collocationes verborum (ut p. 441, 6 πρὸς ἑαυτοὺς ante οἱ ἅγιοι coll SyR) et pronomina personalia et demonstrativa (quae quidem more Syrorum addita sint, ut p. 441, 4 ἐκεῖνος ante ὁ ἀπόστολος vel ib. 7 αὐτοί ante οἱ στεφανῖται) et nomina collectiva vel numero singulari, quem generalem appellamus, prolata (ut p. 444, 3 πληρώμασι pro πληρώματι vel p. 446, 10 τραύμασι ... δριμύσσουσι) ex usu Syrorum pluraliter dicta. neque, ut brevi complectar, quicquam eorum notavi, quibus, etsi textum leviter mutant, nihil aliud tamen subest nisi aut interpretis aut ipsius linguae inopia quaedam sermonis. sed quaecumque graviter mutata sunt aut quae in dubium vocaveris Graeca an Syriaca sint, rettuli in apparatum. de interpretis vero subtilitate fortasse satis est haec quattuor exempli causa afferre: vocem Graecam γάμου, quam p. 443, 2 recte explicavit verbo 'nuptiarum', infra p. 443, 9 voce 'convivii' interpretatur, et apte quidem, ut patet ex Peschitta ad Matth. 9, 15; deinde verbis Graecis per solitam ellipsin prolatis διὰ παντός (p. 444, 5) recte verbum χρόνου postponit; tum vocem βίου (p. 455, 6; ib. 8; 453, 13) haud male interpretatus Syriace verbo κόσμου

expressit, nam et Origenes 'mundo' Aegyptum comparat (cf. locos ad p. 455, 6 in app. font. collectos); animadvertit denique gradationem, quae et p. 446, 9 et ib. 10 inest in negatione οὐδέ; quam cum alias admodum apte explicaret verbis 'et non', hic recte reddidit verbis 'et etiam non'. alia miranda fortasse potius sunt quam admiranda, verbi gratia, quod p. 447, 11sq. σορόν (11) et κιβωτός (12 et 13) eodem verbo 'arcae foederis' ('arōnā) reddit, sed ib. 11 et p. 448, 3 κιβωτός voce 'cistae' (qēḇūtā) exprimit. neque desunt quae perperam sit interpretatus, ut p. 457, 7 verba ἀφθονωτέραις ... τοῦ λόγου ταῖς κύλιξιν, quae verbis 'poculis verbi quod non invidet' reddit aut p. 456, 12 οἷόν τις ὑδάτων ὁλκός, quae verbis οἷον ὁλκάδες τινές (ὁλκάς τις R) ἐν ὕδασι exponit. versus bibliacos interpres ad verbum expressit de exemplari orationis Graeco bibliis Syriacis non adhibitis. ubi tamen cum Peschitta consentit (ut p. 444, 15-16; 451, 13-14; 453, 5), id casu magis quam consilio evenit.

De tota vero illa interpretatione te, quanti sit, quaerentem nolo ignorare eam non tam ad verum textum restituendum quam ad confirmanda vera valere. nam licet propter antiquitatem gravissima sit auctoritate, tamen nihil memoriae prodit, quin libri aetate minores Graeci quoque asservent. quamquam nullus ex his propiore cognatione coniunctus esse videtur cum illa.

4. De aetate interpretationis

Haec si forte satis hoc loco dicta sint de indole interpretationis, restat ut quaeramus, quo tempore oratio in Meletium e Graeco in Syriacum conversa sit. res ardua ac difficilis. nam interpretatio ad nos pervenit sine auctoris nomine. accedit, quod cetera Gregorii opera, quae Syriace versa exstant, una illa prima in orationem dominicam homilia excepta adhuc inedita sunt. quod nisi esset, interpretatione nostra cum iis, quae codici-

bus antiquioribus asservantur, comparata ad cognoscendam veram aetatem propius accedere nobis fortasse liceret. unum igitur hoc pro certo constitui potest: orationem ante saec. VII completum esse conversam. sed propterea quod oratio in Meletium, etsi Iacobiticis libris liturgicis conservatur, tamen apud Nestorianos quoque viguisse videtur (cf. Chronicorum Seertensium cp. 48 [p. 159] = Patr. Orient. tom. 5, p. 271 ed. Addai Scher), eam, nisi vero bis versa est, iam ante istas sectas et haereses factas, id est iam ante saec. V exactum, ex Graeco esse translatam, si pro vero non potest probari, simile tamen est veri. Cappadocum autem nonnulla iam ipso saeculo V Syriace reddita fuisse cum e ceterorum operum versionibus utrique sectae notis apparet, tum ex historia illius Rabban bar ʿEdta colligi potest, qui etiam tum puerulus ineunte saeculo VI "librum Gregorii Nazianzeni . . . et opus S. Basilii" ex memoria exposuit (Revue de l'Orient chrétien 11, 1906, p. 406 Gallice vertit A. Scher), tum vero codice Mus. Brit. Add. 17.143 (= Wright 546: saec. V) confirmatur, qui Basilii opuscula continet. tantum iam in principio apud Syros valuerunt patres Graeci, qui aureo illo floruerunt saeculo IV. Gregorii autem oratio in Meletium una fortasse cum ceteris eius sermonibus in dies festos dictis (e quibus nonnulli Syriacis libris adhuc conservantur) ad Syros pervenit. nam et Chronica Seertensia (loco supra laudato) et catalogus scriptorum ab Ebedjesu anno 1298 conscriptus (quem Anglice vertit George Percy Badger, The Nestorians and their Rituals, tom. II, Londini 1852, p. 361-379; vide p. 364) cuiusdam libri homiliarum faciunt mentionem. quod si consideraveris, reminisci forte libebit eius, de quo supra disputavi (p. 374 sq.; 384 sq.), libri homiliarum antiquissimi Graeci.

5. *De verbis a Moyse bar Kepha allatis*

Innumerabilis eorum verborum numerus est, quae ex

operibus Gregorii nostri excerpta scriptores Syri afferunt. in quibus (quamquam multa me fugere potuisse haudquaquam ignoro) orationem in Meletium ne semel quidem laudatam esse inveni. neque hoc mirum; nam illi, ut erant toti rebus theologicis capti, dogmaticos scilicet libros orationibus politis praetulerunt. atque etiam Moyses bar Kepha († 903), episcopus Mausiliensis qui in libro, quem de anima composuit (cf. A. Baumstark, Gesch. d. syr. Lit. p. 281), multos scriptores Graecos testes auctoresque de immortalitate animorum producit, non ex oratione nostra quem, cum de mortuis sit inter deum et vivos intercedentibus, unum omnium, qui in hac oratione ad theologiam spectant, alicuius momenti esse vocaveris locum protulit, sed Chrysostomi adiit in S. Meletium contionem. errat enim Alphonse Mingana, cum, quae de Meletio dicit Moyses in codice Mingana Syr. 9, e Gregorii oratione allata esse contendit. quem locum, cum apud Oskar Braun, qui librum Germanice vertit (Moses b. Kepha u. sein Buch von der Seele, Friburgi Brisg. 1891; cf. p. 108), reperire non potuissem, v. d. Sebastian P. Brock magna cum cura ex ipso codice benigne pro me excerpsit. codex autem, qui nunc Birminghami asservatur in bibliotheca collegii Selly Oak, quamquam aetatis est recentissimae, librum vetustiorem memoriae prodit. descriptus est enim e codice anno D. 1221 exarato, ut patet ex istius libri colophone, quem dicunt, folio 149 codicis nostri imposito (cf. A. Mingana, Catal. of the Mingana Collection of Mss. now in the possession of the Trustees of the Woodbrook Settlement, Selly Oak, Birmingham, tom. I, Cantabrigiae 1933, p. 38-39). exaratus est binis columnis et continet librum De anima foliis 4-149 inclusum. in quibus locus, quem quaerimus est folio 119r, hisce, quae vix Moysi, fortasse ne antiquiori quidem libro attribuas, verbis praemissis: "Gregorius (+ episcopus *in marg.*) Nyssenus frater Basilii Caesariensis ex homilia in Meletium episcopum Antio-

chiae". sequuntur autem haec: "Oremus igitur ad unum omnes nobiles et servi, viri et mulieres, senes et iuvenes. beatum ipsum Meletium nobis socium arcessamus precum nostrarum, propterea quod magnam fiduciam nunc habet et inflammatus est amore nostri." quae verba sequentibus his exponuntur et ad scopum libri, qui est de anima, diriguntur: "Eo, quod sanctus magister (scil. Ioannes Chrysostomus) dixit: 'Sanctum Meletium post mortem eius socium nobis arcessamus precum nostrarum' et eo, quod dixit 'Nunc amore nostri inflammatus est', demonstravit consciam esse animam eius (scil. Meletii) et probatam (?) intelligentiam (sukkālā) istius (scil. animae), postquam separata esset a corpore." quae verba, etsi sententia ab oratione nostra aliena sane non est (quod enim ostendunt Meletium conscium esse post mortem de populo suo atque libere pro eo intercedere apud deum, idem apud nos verba p. 454, 6-12 et p. 455, 9 notant atque declarant), tamen e Chrysostomo plane sunt sumpta (cf. PG 50, 520, 17 sqq.).

II. De ceteris interpretationibus orientalibus

De oratione nostra in reliquas Orientis linguas conversa cum nihil admodum mihi innotuerit, paucis agere licebit. S. Meletii diem festum ab Armeniis esse celebratum e fastis Armeniorum antiquis, qui Meletium una cum pluribus episcopis die 25 Martii commemorant, satis constat (cf. N. Adontz, Les fêtes et les saints de l'Église arménienne, Revue de l'Orient chrétien 26, 1927-28, p. 228 et D.B. Capelle, La fête de la Vierge à Jérusalem, Le Muséon 56, 1943, p. 6). sed cum nullus ad libros liturgicos Armeniorum aditus mihi patuerit, an aliqua lectione in honorem S. Meletii dicenda Armenii sint usi, parum comperi, quamquam id usu venisse ex eo, quod oratio nostra duobus minimum homiliariis Armeniorum adhuc conservatur, colligi posse opinor. et hoc quidem constat: Gregorii nostri de Meletio orationem funebrem antiquitus in linguam Armeniacam esse translatam. exstat enim inter Gregorii Nazianzeni sermones, qui in alterum, quod dicitur, corpus homiliarum illius collecti cum alibi fortasse tum vero Vindobonae adhuc asservantur in monasterio Mechitharistarum, ut W. Lüdtke docet in ea, quam supra p. 395 memoravi commentatione. codicis autem, quem dicit, numeri notam, aetatem, indolem, cum catalogum librorum apud Mechitharistas servatorum inspicere mihi non licuerit, nescio. ex hoc vero corpore sermonum Gregorii Nazianzeni oratio nostra in homiliarium (Tōnakan) illud fortasse pervenit, quod nunc Parisiis asservatur codice Par. Bibl. Nat. Armen. 120, saec. XIV. nam Parisinus quoque orationem nostram Armeniace versam, quam sub numeri nota 16 exhibet foliis 38v-42r inclusam, ad Gregorium Nazianzenum refert auctorem, ut e titulo patet: "S. Gregorii Theologi (i.e. Nazianzeni) in Meletium episcopum Antiochiae, qui in hoc concilio (scil. Constantinopolitano I) decessit" (cf. J. Muyldermans, Les manuscrits arméniens 120 et 121 de la Bibl. Nat. de Paris, Le Muséon 74, 1961, p. 75-90; 78. qui vir doctus Parisinum codici Vindobonensi Mechith. 1 sub numeri nota 4 orationem in Meletium quoque praebenti ut gemello comparat). ego autem aegre fero, quod, cum Armeniace nescirem, interpretationem non inspexi, quae, si modo aequalis est interpretationi sermonum Nazianzeni, memoriam vel vetustissimam orationis nostrae repetit (cf. W. Lüdtke loc. laud.).

Atque haec quidem hactenus de Armeniis, nunc de Hiberis videamus. nam et Hiberorum ecclesia augusta, quae circiter tempora concilii Nicaeni condita diu ad patriarchatum Antiochenum pertinuit (cf. Michel Tamarati, L'Église géorgienne des origines jusq' à nos jours, Romae 1910, p. 238), illustrem episcopum Antiochiae colebat; quin etiam ipsius Meletii homilias decem, quae Graece perierunt, Hiberice usque adhuc (ineditas)

conservavit (cf. M. Tarchnišvili, op. supra p. 395 laud., p. 427). sollemne vero Meletio sacrum Hiberi eodem die agebant ac Graeci, id est die 12 Februarii (cf. G. Garitte, Le calendrier palestino-géorgien du Sinaiticus 34 = Subsidia Hagiographica 30, Bruxellis 1958, p. 157-158). quem ad diem celebrandum et Gregorii et Ioannis Chrysostomi in Meletium habitos adhibebant sermones (cf. menologium monasterii Gelathi sub die et K. Kekelidze, bibliographiae supra p. 394 laud. no. 108: p. 196 no. 344 et 345). interpretatio autem orationis in Meletium his quattuor, quod sciam, libris manuscriptis etiamnunc asservatur:

Codex Tephlisensis (Tiflis) Instituti Librorum Manuscriptorum (Helncert'a Instituti) A 55, id est olim Musei Ecclesiastici 55 (fol. 318-322).

Codex Tephlisensis Inst. Libr. Mss. A 108 (fol. 174-183). quos libros descripsit Th. D. Zordania (Opisanie rukopisej Tiflisskovo Zerkovnovo Museja Kartalino-Kachetinskovo duchovenstvo, tom. I, Tephlis 1903). qua de causa in catalogis instituti, quod dixi, recentissimis iam non tractantur (cf. G. Garitte, Manuscrits géorgiens de Tiflis, Le Muséon 74, 1961, p. 387-422; p. 407 sq.).

Codex Kuthaisensis Musei Historici (olim Monasterii Gelathi) 1, chartaceus saec. XVI, foliorum 583. qui duabus menologii partibus constat, quarum una (fol. 1-242) Februarii, altera ab alia manu exarata Augusti respicit mensem. orationem in Meletium praebet encomio Chrysostomi in eundem praemisso sub die 12 Febr. foliis 36v-41v inclusam. codicis primam partem P. Peeters descripsit, cum Porphyrii Gazeni ederet vitam (Anal. Boll. 59, 1941, p. 66-68). totum eum nuper (a. 1953) E. Nikoladze tractavit, cuius catalogum, cum sit Georgice scriptus, G. Garitte in ea, quam modo laudavi, commentatione ad usum Occidentis excerpsit (p. 420-422). de menologio autem ipso, quod K. Kornelidze (Christianskij Vostok 1, 1912-1913, p. 325-347; cf. Anal. Boll. 32, 1913, p. 323-325) sumptum esse dixit e libro Ioannis Xiphilini, qui imitator Symeonis Metaphrastae saeculo XI exeunte illius fertur contexuisse libros interruptos, nisi singulis, quae hoc nostro codice continentur, perspectis comparatisque cum exemplaribus Graecis iudicari non potest (cf. A. Ehrhard, op. laud., tom. III, p. 383-403).

Codex Athous Monasterii Hiberorum (Iwiron) georgicus 14 (Blake; 84 Zagareli) chartaceus saec. XIV-XVI, foliorum 373. quem diligentissime descripsit Robert P. Blake (Rev. de l'Orient chrétien 28, 1931-1932, p. 357-360) qui eum nullis argumentis allatis a Georgio translata continere docet (ib. p. 295). continet autem praeter S. Basilii librum in Hexaemeron undeviginti, quae sub nomine Gregorii apparent, opuscula imprimis homilias; in his tria spuria. oratio in Meletium exstat foliis 157v-164r inclusa. perincommode autem accidit, quod cum interpretes tot Gregorii operum nomine nobis sint noti, tamen quis orationem in Meletium verterit neque ex indicibus librorum versorum, quae vitis illorum interpretum insertae sunt, neque ex inscriptionibus codicum nobis cognoscere licet. at etsi ipse libros Hibericos, quos supra laudavi, examinare non potui neque indolem eorum satis cognovi, tamen orationem nostram, cum inter scripta antiquitus versa numerata non sit (cf. M. Tarchnišvili, op. laud., p. 465 sqq., quo rettulit κείμενα vel textus receptos), ex Graeco, id est post primam, quae vocatur, litterarum Georgicarum epocham exactam, cum summa Hiberi cum ecclesia Byzantina consuetudine erant coniuncti, ab ipso Euthymio fortasse ("nonnulla" enim, non omnia quae vertit, Georgius laudat; cf. Vitae Euthymii, quam supra p. 395 memoravi, cap. 24) vel a Georgio (cf. supra), discipulo eius, quorum uterque multa Gregorii est interpretatus, conversam esse opinor. de qua re eodem

fere usus est iudicio M. Tamarati (op. laud. p. 326). atque etiamsi oratio una cum diversorum auctorum homiliis translata in Hibericas intraverit litteras, res se non aliter fortasse habet; nam monachi illi saec. X/XI menologia quoque verterunt, verbi causa Georgius, quem laudavimus, Athonita (cf. R. P. Blake, Georgian theological Literature, Journ. of Theol. Studies 26, 1925, p. 50-64; p. 58). quod si oratio ex aliquo libro Graeco liturgico in Hibericum est expressa, hunc ad eam pertinuisse, quam littera β distinximus, Graecorum codicum classem veri est simile. fieri autem potuit, ne hoc omittam, ut homilia in Meletium non semel converteretur, id quod evenit in libro De opificio hominis et in sermone De nativitate, quorum uterque ter est Hiberice versus.

In reliquas vero linguas Orientis, ut Coptorum Aethiopum, Slavorum, orationem in Meletium esse conversam non reperio.

C. DE RATIONE QUAE INTERCEDAT INTER SINGULAS CODICUM CLASSES ET DE FONTE COMMUNI

Diu conanti mihi non contigit, ut rationem, quae intercederet inter singulas codicum classes, satis cognoscerem atque enuclearem certisque tandem argumentis confirmatam stemmate, quo memoriam huius orationis universam uno obtutu videre tibi liceret, delinearem. omnes vero libros ex archetypo communi fluxisse probari videtur erroribus communibus his: p. 446, 13 ἡ alt om libri; p. 451, 10 ὑμῶν: ἡμῶν libri. qui, cum sint minoris momenti, cave ne graviorem attribuas eis auctoritatem.

D. DE LIBRIS TYPIS SCRIPTIS

Libri, qui Gregorii orationem in Meletium typis Graecis exscriptam proferunt, etsi paucissimis libris manuscriptis nituntur, tamen pleniorem textum quam pro numero

codicum praebent. nam sive casu sive consulto accidit, ut editoribus saeculi XVII e duobus orationis memoriae ramis (β et α) quaedam librorum esset copia. sed quemadmodum vel plurima Gregorii opera, antequam Graece prelum typographicum subierunt, Latina foras sunt data, sic etiam oratio in Meletium haec nostra. quam a Laurentio Sifano primum Latine conversam Nicolaus Episcopius minor una cum duobus et triginta ab eodem interprete et decem ab aliis alias translatis Gregorii

Basil. 1562 opusculis anno 1562 Basileae vulgavit (p. 411-416). libri manuscripti, quibus usus interpres laborem exsolvit, cum ex ipsa interpretatione tum vero e quibusdam adnotationibus, quas ad marginem scripsit, cognosci possunt. classem vel ex prima fronte cognoscas. nam omnes errores classis β proprii (cf. supra p. 382), qui quidem in Latinum transferri possint, apud Sifanum plane leguntur. stirps autem quae sit, ut cognoscas, haec tibi dabo exempla (cf. p. 372): p. 450, 14 εὐφροσύνης: σωφροσύνης MKO recc 'castus amor' Sifanus; p. 456, 12 οἷόν τις ὑδάτων om MKO recc Sifanus. sed libri MK hisce erroribus eliminantur (cf. p. 373): p. 448, 11 προμεμελετηκότα: μεμελετηκότα O recc D 'meditata' Sifanus; p. 455, 2 ἐπεκομίσατο: ἐπεκοσμήσατο O recc DG 'sese exornavit' Sifanus. sequitur ergo, ut O recc sint libri, quos quaerimus. id quod mendis confirmatur his (cf. p. 368): p. 455, 3 δεσμῶν: μελῶν O recc 'membrorum' Sifanus; p. 449, 9 ἐπανάληψιν: παράληψιν O recc 'repetitionem'(!) Sifanus, qui haec adnotat in margine: 'παράληψιν in utroque (!) exemplari: ego lego ἐπανάληψιν'. e quibus perspicuum est interpretem duobus libris esse usum atque iis codicis Grimani asseclis (cf. p. 368 sqq.). horum unus, ni fallor, erat codex Monacensis gr. 107 (cf. supra p. 366). nam ad paginam 463, 12 orationis in Pulcheriam interpres (p. 366) adnotat haec: "Hic in altero exemplari desiderantur versus decem". quos versus (p. 463, 12 δάκρυα — 21 τῷ πάθει) nullus e libris

adhuc asservatis omisit nisi codex Mon. 107; ubi margini manus altera (an ipsius Sifani?) postea eos adscripsit. liber alter vero utrum codex O fuerit (id quod equidem opinor), an alius quis e grege Grimaniano, incertus est. illud tamen ipse quoque interpres fortasse suadet, cum dicit se in operibus Gregorii transferendis quinque codicibus esse usum; e his quattuor "ex bibliotheca . . . domini Iohannis Iacobi Fuggeri" (cf. ed. alt. p. 2). qua in bibliotheca non solum codicem Mon. 107 sed etiam O fuisse certi sumus (cf. O. Hartig, Die Gründung d. Münchener Hofbibl., Abh. Münch. 28, 3, 1917, p. 366). quod utcumque se habet, quia in libros gemellos Sifanus incidit, tenuissima erant fundamenta, e quibus editionem eruit. Sifani autem haec tot Gregorii opusculorum interpretatio Latina elegantissima iterum ac saepius deinde subiecta est prelis. paucis annis post Eusebius Episcopius, Nicolai frater, ab eodem Sifano petiit, ut textum typographi erroribus corruptum emendaret "correctumque sibi daret exemplum". quod
Basil. cum accepisset tribus Gregorii operibus auctum a. 1571
1571 Basileae emisit (or. In Mel. v. p. 317-321). biennio post oratio nostra una cum ceteris a Sifano versis, quibus accedunt multa ab aliis in Latinum translata, tertium
Paris. subiit prelum (Parisiis, et ap. Mich. Somnium et ap.
1573 Seb. Nivellium, col. 955-960). quo ex altera Episcopii editione pervenit.

Anno post viginti tres homiliae "trium... Gregoriorum"
Venet. a Petro F. Zino "Latinitate donatae" apud Zalterium
1574 Venetiis prodierunt; in his viginti Nysseni. quas, quod equidem viderim, hic minus diligenter vertit quam ille, quo etiam inferior est in elegantia sermonis. de codice vero, quo usus orationes In Mel. (p. 155v-159v), In Pulch., In Flac. convertit, cum alia tum haec certiores nos faciunt: p. 445, 18 τίς ὁ: καὶ οὗτος SZ 'et hic' Zin.; 445, 10 ἐλευθέρας: ἐλευθερίας SZ(ι eras) 'liberas' Zin.; 461, 17-19 τῷ-γενόμενος om Z(!) Zinus.

Hac Zini editione (e qua nostra numquam post iterata sunt) una excepta, omnes quas usque adhuc produximus editiones, cum iisdem libris manuscriptis nitantur, memoriam unius familiae repetunt. nunc vero uno codice quasi alterius stirpis fores aperiuntur. nam anno 1603 (ut legitur in Bibliotheca Fabricii, ed. Harles, tom. IX, p. 127) aut (et?) 1605 (cuius anni editionem unam repperi) R. P. Fronto Ducaeus S. J. plurima quae usque ad illum diem Latine conversa Gregorii opera reperire potuit, non collegit tantum, sed cum aditus ei esset ad alios libros manuscriptos, quibuscum interpretationes exstantes contulit,
Paris. edenda vere curavit (Parisiis apud Marcum Orry
1605 1605, tom. I, col. 955-960). qui ad orationem in Meletium recognoscendam in hac editione unum tantum codicem adhibuit, quem cum a Federico Morello professore regio nactus esset, Morelli codicem vocabat. id quod cum ex ipsis notis (tom. II, p. 86) tum vero ex earum recognitione editioni anni 1615 (vide infra) adiuncta apparet. cuius rei unum hoc sufficiat exemplum (PG 46, 1217) ad p. 449, 12 εἶδε πρόσωπον ἀληθῶς ἐν εἰκόνι θεοῦ μεμορφωμένον: "Faciem vidit. Sifanus, faciem ad imaginem Dei, omisso verbo et adverbio [re vera non Sifanus sed ipsius Ducaei typotheta, M. Orry, ea omisit], quod mendose expressum fuit in Morell., ἁλιέως piscatoris, unde suspicabamur antea corrigendum ἱερέως, sed veram lectionem suppeditavit Canter, ἀληθῶς ἐν εἰκόνι θεοῦ . . .". Morelli vero liber, quamquam an idem sit ac codex Montepessulanus 122 (cf. supra p. 352 sq.) alibi dubitatur (cf. huius editionis vol. V p. 271 sq.), in nostris, ubicumque nominatim eum Ducaeus adducit (adducit eum autem duodecies) cum Montepessulano consentit. cui etiam ea concordant, quae tacitus Ducaeus in Sifani interpretatione mutavit. textus igitur orationis, qui tamdiu memoriam unius classis tenebat, tum primum memoria classis α affectus est. quo factum

est, ut plenior evaderet magisque accederet ad veritatem.

Decennio post textus Graecus adiuncta interpretatione Sifani a Ducaeo denuo, ni fallor, correcta primum typis exscriptus est (Parisiis ap. Cramoysy ex off. Nivel.
Paris. et Somn. tom. II, col. 1019-1027). de Gregorii libris, quos
1615 adiuvante Frontone Ducaeo (cf. tom. I, p. III) edendos curavit Claudius Morellus, Federici frater, typotheta regius, in hac editione satis disputatum est (cf. vol. II, p. LIX sqq.; vol. VI, p. LVII sqq.). quamobrem, ne longus sim in apertis, de codicibus tantum dicam, quibus usus Claudius orationem nostram protulit. sunt autem duo, ut patet ex adnotationibus Ducaei; de libro Federici Morelli supra dixi; alter est "ingens" ille Canteri (cf. tom. I, p. III et locos huius editionis supra laudatos), quem cum hic illic ex libro Morelli correctum editor totum prelo subiecit, fundamentum quasi iecit editionis. quo factum est, ut orationis in Meletium editio princeps Graeca, tamquam Latina, in uno ex Grimani asseclis consisteret. nam codex Canteri p. 455, 3 μελῶν pro δεσμῶν habet, qui error nisi in familia Grimaniana non invenitur (cf. supra p. 368). alia quae cum familia illa communicat praetereo. Canteri autem liber, quem Ducaeus verbis χάριτι τοῦ Μονογενοῦς etc. orationem concludere contendit, eo quod superstites Grimani asseclae desinunt verbis ἐν χριστῷ etc. perisse videtur (cf. et p. 420 sq.). huius
Colon. editionis Parisinae bilinguis textus Latinus biennio post
1617 Coloniae Agrippinae sumptibus Antonii Hierat iteratus est (or. in Meletium vide p. 506 sqq.).

Claudii Morelli vero editionem Graecam brevi post Montis Feretri comes atque Urbini dux, ut magnificam suam bibliothecam amplificaret, manu describi iussit. quem laborem Iosephus Cretensis persolvit, ita ut opuscula Gregorii typis iam exscripta paucis exceptis (tom. I, p. 956 sqq.) denuo libris manuscriptis reciperentur (codices Vat. Urb. gr. 9-13). quam rem primus Hermannus Langerbeck luculenter demonstravit (vol. VI,

Urbinas p. LX sq.). ex his libris codex Vaticanus Urbinas
10 graecus 10, foliorum 201, orationem in Meletium tenet foliis 148v-154v inclusam. codicem descripsit Cosimus Stornajolo (739 R, p. 17-18). praetermittam errores proprios codicis Urb. et ea (typographi scil. menda) tantum afferam, quae (correcta in ed. anni 1638 aut in ed. Mignei) codex Urb. ex editione Cl. Morelli recepit, uti: p. 443, 11 οὐκ ἔστι: οὐκ ἔτι Cl. M. οὐκέτι Urb; p. 446, 18 ἀναβοῆσαι: ἀναβοῶσαι Cl. M. Urb; p. 451, 10 ὑμῶν: ἡμῶν Cl. M. Urb; p. 453, 18 ἐπιλησθείη: ἐπιληθείη Cl. M. (et ed. 1638) Urb.

Paris. Textus editionis Claudii Morelli anno 1638 sumptibus
1638 Aegidii Morelli, a quo illa editio nomen Morellianae traxit, iterum subiit prelum (or. in Mel. vide p. 587-595). ex Morelliana, quae nisi ea quae levissima supra attuli nihil in textu mutavit, anno 1858 J.-P. Migne orationem in Meletium nonnullis mendis typographicis purgatam, novis affectam, alioquin immutatam deprompsit (PG tom. 46, p. 852-864). cuius editio compositione typographica immutata iterum anno 1863 prelum subiit. haec vero editio adnotationibus gratissimis aucta anno 1959 Tornholti in officina Brepols denuo lucis ope confecta et foras data est.

Ex Morelliana Ioannes Patusas quoque Atheniensis orationem in Meletium sumpsit et una cum quattuor
Patusas Gregorii homiliis encyclopaedia sua recepit (Ἐγκυκλοπαιδεία φιλολογικὴ εἰς τέσσαρας τόμους διῃρημένη πρὸς χρῆσιν τῶν φιλολόγων καὶ φιλομαθῶν τῆς Ἑλληνικῆς γλώττης συναρμοσθεῖσα, Venetiis: Bortoli 1710, tom. I, p. 176-184 et in editione altera emendata, ib. 1744, tom. II, p. 174-182). in his editionibus textus neglegentia typographi valde corruptus est. editionem tertiam anno 1780 prolatam non satis compertam habeo.

Eodem saeculo oratio nostra una cum multis et aliorum patrum et Gregorii operibus Latine a variis interpretibus versis curante Dominico Schram O.S.B.

Schram denuo prelo exivit (Analysis operum SS. Patrum, et Scriptorum Ecclesiasticorum, tom. 14 continens opera S. Gregorii ep. Nyss., Augustae Vindelicorum sumptibus Matthaei Rieger 1791, p. 671-677). qui vir doctus Sifani editionem genuinam (Ducaei enim correcturas ignorat) sed emendatam, ni fallor, id est aut editionem Basiliensem anni 1571 aut Parisinam anni 1573 adhibuit. quam valde sed haud inepte contraxit et in capita titulis inscripta divisit.

Reliquum est, ut mentionem faciam optimae editionis, quae saeculo proximo a Ioanne Georgio Krabinger prolata, etsi tribus tantum libris manuscriptis paene gemellis nititur, Morellianam virtute praecedit (Monachii Krabinger 1835, et iterum ib. 1838). quam editionem non semel in apparatu laudavi. codices vero, quibus usus Krabinger textum Graecum recognovit, sunt Monacenses 92. 107. 370 (cf. supra p. 365 sq.). sed quia editionem Morellianam quoque et adnotationes Ducaei adhibuit, etiam ad nonnullas varias lectiones classis α recurrere potuit. textui Graeco interpretationem Sifani a Ducaeo recognitam adiecit, quam multis tamen locis suo aut iudicio aut textui Graeco accomodavit.

PRAEFATIO DE ORATIONE IN PULCHERIAM

Si memineris amnem, ut ita dicam, librorum orationem in Meletium secum portantium, rivulo dices vehi sermonem in filiolam imperatoris. fluxerunt enim omnes fere, qui mihi innotuerunt, codices (sunt autem viginti tres) ex uno fonte, qui idem est, quem supra littera β distinximus. accedit ut codex Vaticanus Graecus 1907 (S), qui solus videtur pendere ab alia stirpe, semper incertum sit utrum quae varia proferat ex suo ingenio an ex alio hauserit libro. cum autem saepius, ut videbimus, unus vera habeat, aliam stirpem eum feci repraesentantem. tamen mireris fortasse, quod alii testes non manserint. sed etiamsi oratio in Pulcheriam elegantissima est omnium fortasse Gregorii orationum elocutione, tum doctrina subtiliore theologica de resurrectione haud indigens, tamen, cum neque Sanctam laudet neque tractatus sit theologicus, eius memoriam umquam fuisse multo uberiorem vix crediderim. est autem illa quasi rivuli, quem dixi, memoriae condicio, quae multitudine variarum lectionum cum careat, textum non semel reddat aegrotantem adeo, ut ex iis, quae codices offerunt, sanari non possit. cuius rei haec liceat proferre exempla: p. 461, 7 ἐπήγγελται scripsi (praeverbio propter numerum addito) ἠγγέλλετο S (suo Marte, ut videtur) ἤγγελτο cett; p. 464, 5 ἔχρησεν (fort falsum) codd excepto S, qui e coniectura, ut videtur, ἔμιξεν praebet; p. 465, 10-11 τὸ τῆς πορφύρας ἄνθος codd, sed cursus causa fortasse τῆς π.τ. ἄνθος scribendum est; p. 466, 20 post ἀπεστέρηται fort ἡ addendum est; p. 469, 23 πῶς scripsi: ὅπως codd.

In libris vero recensendis usus sum tabellis lucis ope confectis, quas magna ex parte H. Happ diligenter pro me contulit, cui gratiam debeo maximam. omnes tamen, ut solemus, ipse iterum contuli totos. sunt

autem, qui orationem in Pulcheriam continent, hi: codex
S Vaticanus graecus 1907, membranaceus saec. XII vel XIII ineuntis (cf. supra p. 354-356). continet orationem in Pulcheriam foliis 288v-289v. quem, ubi evanuit, e codice Vaticano graeco 1433, membranaceo saec. XIII
Z (cf. supra p. 356) supplevi. quod apographon orationem in Pulcheriam praebet foliis 366v-370v inclusam. codex S ut in ceteris, quae continet, Gregorii operibus sic etiam in hac oratione testis est editionis doctae (cf. supra p. 355-359). haec tantum exempli causa afferam: p. 462, 24 πλάγιος: πλαγίως S; p. 463, 10 ἀστενάκτως: ἀστένακτος S; p. 464, 27 μόνον: μόνοις S; p. 470, 17 post ὁμοίοις add ἀγῶσι S (fort recte); p. 471, 17 θᾶττον: θανάτῳ S (fort recte). quibus ea, quaeso, addas, quae modo supra ad p. 461, 7 et 464, 5 nominavi. maximi vero sunt pretii, quae S solus recta servavit, velut: p. 461, 6 ἔτους S: χρόνου cett v; p. 461, 9 ἂν S om cett (cf. app. crit.) v; p. 462, 20 ἄνω διαπετάσαι S: ἠνωδία (et εὐωδία) πετάσαι cett (cf. app. crit. et p. 424) v; p. 470, 8 προπόσεις S: τρόπος εἰς cett v; p. 471, 17 ἐκλυθεῖσι S: ἐκλυθείσης cett v; p. 472, 6 διαιωνίζοι S: διαιωνίζῃ cett v. attamen, si ea, quae S habet falsa, maximam partem consulto mutata esse cognoveris, ex iis, quae S solus recta praebet, eum a ceteris esse nimis alienum haud sane concludes. non enim varia hisce locis ceteri codices praebent, sed falsa. quae cum ex parte quidem vestigia sint scripturae continuae male resolutae, in libro ante saeculum IX exarato orta esse videntur. qui liber communis fuit auctor reliquorum omnium, quos nunc recogniturі sumus.

Artiore vinculo inter se coniuncti sunt, ut solent,
K codex Venetus Marcianus graecus 67, membranaceus saec. XI (cf. supra p. 363), qui orationem in Pulcheriam foliis 151v-155v continet, et codex Oxoniensis Bod-
N leianus Cromwell 9, membranaceus saec. XII vel XIII (cf. supra p. 363-365). qui orationem in Pulcheriam praebet foliis 250-260 inclusam. haec vero sunt, quae

K et N contra ceteros habent communia: p. 468, 25 ἐδέχετο: ἐδέξατο KN (fort recte, cf app. crit.); p. 469, 20 τῷ θεῷ post τὸν παῖδα coll KN (an numeri causa?); p. 469, 22 ἀναλέξασθαι: ἀναδέξασθαι KN (Δ pro Λ); p. 470, 5 οἱ κρατῆρες, πλήρης om (vide infra) KN; p. 472, 5 ἡμῶν om KN. est autem alia quaedam ratio inter codices K et N. intulit enim manus altera lectiones in codicem K, quae etiam in N inveniuntur, uti p. 465, 20 τὸ recte N om (SOP) K, sed inseruit K²; p. 466, 2 κνυζοῦσθαι recte N: κνύζεσθαι S κνίζεσθαι (OP) K, sed corr K²; p. 467, 14 γενέσθαι om KN, sed εἶναι post ἀνάγκης supped N et in marg K²; p. 469, 11 διεξῄει recte N: διεξήει (SOP) K, sed corr K²; cf. etiam p. 468 22; 470,1; ib. 5. qua re perspecta aut N descriptum putabis e codice K, quem aut antea iam correxit manus ignota aut in describendo ipse librarius codicis N, id quod ego putaverim (vide infra p. 428), aut K postea ex codice N correctum. correcturis vero, quibus hic illic N instructus est manu altera, ni fallor, sed primae simillima (N²), codex K nusquam affectus esse videtur, cf. ex. gr. ad p. 461, 20; 462, 20; 464, 27; 471, 25; ib. 17. quae correcturae unde haustae sint, nescimus (cf. etiam supra p. 364). ad p. 466, 21; 468, 7 (ἔρνος); 471, 18 sqq. scholia brevia exstant in N manu prima, ut videtur, ad margines scripta. quam propinquus sit K communi omnium codicum fonti, spatium ostendit, quod post τις (p. 461, 9), cum particulam ἂν (S) legere iam non posset, solus ex suis cognatis reliquit; ceteri ἂν omittunt nullo spatio relicto. hic illic margini codicis K signa ascripta sunt, e quibus unum ad errorem communem ἠνωδία (p. 462,20) pertinet. atque haec quidem hactenus; videamus nunc de codice Monacensi vetusto eiusque gemellis.

O Codex Monacensis graecus 370, membranaceus saec. X (cf. supra p. 365). continet orationem in Pulcheriam foliis 248v-257r. qui etsi solus nusquam recta servavit, ut testem vetustissimum apparatu recepi. codici O

persimiles, sed non ex eo descripti, ut supra fusius demonstravi (p. 367 sqq.), sunt quattuor libri recentiores
Mon. (cf. p. 366): codex Monacensis graecus 107, chartaceus
107 saec. XVI. qui orationem in Pulcheriam habet foliis 184r-188v inclusam. codex Matritensis Bibliothecae
Matrit. Nationalis graecus 4864, chartaceus saec. XVI orationem
4864 in Pulcheriam foliis 250v-255v complectens. codex
Par. Parisinus graecus 585, chartaceus saec. XVI. continet
585 orationem in Pulcheriam foliis 239v-245r. codex Parisi-
Par. nus graecus 586, chartaceus saec. XVI. qui orationem in
586 Pulcheriam praebet foliis 313r-319r inclusam. cum O in hac oratione erroribus maioris momenti, quos solus habeat, omnino careat neque in recentioribus quicquam reperiatur, quod eos contra O facientes ostendat, ratio, qua inter se coniuncti sunt, non facile cognoscitur. de fonte vero et recentiorum et codicis O communi, quem codicem fuisse existimo Cardinalis Grimani nunc deperditum, supra (p. 367 sqq.) satis disputavi.

Tub. His libris persimilis est codex Tubingensis Bibliothecae
Mb 29 Universitatis MB 29, chartaceus saec. XVI. codicem descripsit W. Schmid (822 R, p. 55), contulit pro me nec non denuo suis verbis descripsit H. Happ. ipse neque codicem neque imagines lucis ope confectas inspexi. constat septem foliis, quae nihil continent nisi orationem in Pulcheriam. fuit olim Martini Crusii professoris linguae Graecae Tubingensis, qui initio libri haec inscripsit: "Gr. Nysseni hanc orationem mihi descripsit et misit D. Theodorus Canterus, ex Utrajecto 29. Aug. quam Tybingae accepi 26. Septemb. 1578." quaeritur autem liber Canterianus Tubingensis descriptusne sit ex "ingenti" illo codice, quem sumptibus Th. Canteri exscriptum esse testantur auctores principis editionis (Greg. Nyss. Opera, tom. I, Parisiis 1615, p. III), ad quos ex Antuerpia eum miserat A. Schottius. continuit enim "libros sive homilias amplius triginta" teste Claudio Morello (loc. laud.). etiam exemplar, ex quo

Tub 29 descriptus est, codex fuit "plura" Gregorii continens (cf. infra). accedit ut Tub codici O et eius cognatis propinquus sit. qua cum familia, si forte reminisci libeat, etiam Canterianus Lutetiam missus artiore vinculo fuit coniunctus (cf. supra p. 414). illius igitur, qui periit, codicis Canteriani, quo vel maxime nititur tot Gregorii operum editio princeps, autographon Canteri Tubingense (si modo ex illo depromptum est) unicus testis ad nos pervenit. e Tubingensi autem 29 Crusius orationem sua manu exscripsit et in librum
Tub. miscellaneum, quem in suum usum composuit, foliis
Mb 10 225-238 recepit; codicem dico Tubingensem Bibl. Univ. Mb 10, quem descripsit W. Schmid (op. supra laud., p. 17-25) et in meum usum H. Happ. orationi praemissa est eadem fere subscriptio, quae libro Mb 29, additis his: "Gregorii Nysseni orationem hanc ex manuscripto, plura illius auctoris continente, mihi misit ... (vide supra) quam ego M. Crusius accepi 26. Septemb. 1578 et postea huc inscripsi." in margine addit: "Petieram ab eo literis: quia filiolam habeo Pulcheriam". ex alia subscriptione infimo folio 238 adiecta apparet Crusium ignarum fuisse, quae esset Pulcheria a Gregorio laudata, et ideo pro spuria habuisse orationem. Crusius autem, suo Marte hic illic textum correxit, velut: p. 461, 10 ὑφ' ἡλίω (sic) Tub 29: ὑφ' ἥλιον recte Crus (cf. app. crit.); p. 471, 6 ante κυρίου add τοῦ Crus; p. 472, 5 παρεκχέαντος Tub 29 (KNO): —εγχ— recte Crus (SP); reliqua ut coniecturas Crusii app. recepi (cf. ad p. 464, 25; 465, 18; ib. 20; 468, 25).

P Venimus ad codicem P eiusque asseclas: Codex Vaticanus Pii II (re vera Pii III) 4, membranaceus saec. XI, foliorum 316. de codice vide huius editionis vol. VIII, 1, p. 100; 120 sq.; 158; 165 sqq.; p. 219; vol. III, 1, p. XL; XLIV; vol. V, p. 182 sq. et Henricum M. Stevenson sen. (735 R, p. 134 sq.). de fatis Pianorum disputaverunt Louis Duchesne (De codd. mss. Gr. Pii II in bibl. Alexandrino-Vaticana, Parisiis 1880, p. 1) et

I. Mercati (Studi e Testi 164, Romae 1952, p. 127 sq.). codex P orationem in Pulcheriam foliis 144v-151r habet inclusam. maior autem pars errorum, quos P habet solus, variae lectiones sunt consilio, ut videtur, viri haud indocti in textum illatae, velut p. 461,12 κόσμον: κόσμου P; p. 462, 13 ἀφεῖσα: ἀφιεῖσα P; p. 465, 12 λίνον: λῖνος P; p. 471, 20 διπλασιασθείσης: διαπλασθείσης P. itaque incertum est, utrum P recta, quae bis solus exhibet una cum S (cf. ad p. 472, 5 et ib. 15), acceperit an ex suo ingenio restituerit. correcturae rarissimae sunt originisque incertae. sed ni fallit me phototypia, eas manus primae esse potius putaverim quam alterius. bis habet signa ·/· (omissionis, ut videtur) et in textu et in margine (p. 470, 2 super διὰ τῆς et ib. 17 super παιδοτρίβης) nihilo tamen sequente.

Codicis P persimiles sunt recentiores tres, quorum primus est codex Mediolanensis Ambrosianus Q 14 sup., chartaceus annis 1487-89 exaratus, foliorum 484. quem descripserunt A. Martini et D. Bassi (601 R, tom. II, p. 751-754). de codice in hac editione vide vol. VIII, 1, p. 122 sq.; 158; p. 219; vol. III, 1, p. XLII sq.; vol. V, p. 182. continet orationem in Pulcheriam foliis 313v-320r. Ambrosianum, qui eadem Gregorii opera teneat quae P eiusque errores proprios ad unum omnes recipiat, ex ipso Piano depromptum esse veri est simillimum. menda quae ipse addidit, hic illic correcta sunt manu prima, ni me oculi fallunt.

Ambros. Q 14 sup.

Alter est codex Vaticanus graecus 445, chartaceus saec. XVI, foliorum 129. quem descripsit R. Devreesse (720 R, p. 192-194). de codice in hac editione egerunt idem docti qui de P et Ambrosiano isdem fere locis. continet orationem in Pulcheriam foliis 62v-65v. folium 64r vacuum est. etiam Vaticanus 445 fluxisse videtur e Piano, cuius textum ad verbum repetit paucis suo Marte, ut videtur, mutatis velut p. 468, 25 ἐδέχετο P(OS): ἐδέξατο Vat 445 (cf. KN Crus Leid, an recte?). margini ascribit ἔχετο manus prima. quae exstant correcturae, manus primae esse videntur. ne vero Vaticanum ex Ambrosiano descriptum esse existimes, haec proferam menda Ambrosiani a Vaticano neglecta: p. 463, 6 φύσει om Ambr habet Vat 445; 464, 25 δὲ om Ambr, habet Vat 445; p. 471, 22 ἀντί om Ambr, habet Vat 445; p. 472, 7 κρείττονι om Ambr, habet Vat 445.

Vat. 445

Postremus est codex Leidensis Bibliothecae Universitatis Vossianus graecus F 67, chartaceus saec. XVI et XVII, foliorum 312. codicem miscellaneum, qui **sex** partibus constat in unum compactis, descripsit K. A. de Meyier (522 R, p. 78-80). continet in parte quarta saec. XVI exeunte exarata orationes Gregorii de mortuis (fol. 40r-51r) et de Pulcheria (fol. 51v-54v) et orationem Catecheticam (fol. 55r-61v) mutilam. qui ordo orationum idem est quem P servavit eiusque cognati. itaque litteris e K. A. de Meyier, bibliothecario Leidensi doctissimo, quaesivi, nonne codicem ab ipso Is. Vossio, dum Romae moraretur, acquisitum vel exscriptum esse putaret. haec sunt, quae benigne mihi rescripsit: folia 40r-61v manu Vossii certe non esse scripta, sed veri esse simile ea iam in codice Petavii 519 exstitisse, quem sese e Gallia provenisse existimare, quapropter quaerendum, essetne Parisinus codex, olim regius, qui, orationibus nostris absentibus, eundem ordinem praeberet ac codex Pianus (P). cuius rei persequendae quod otium mihi non fuit, aegre fero. ex ipso vero textu hoc patet: Vossianus, cum Piani errores proprios recipiat totos, Ambrosiani autem et Vaticani 445 mendis careat, aut ex ipso P aut ex libro illi persimili fluxit. quae propria exhibet, partim coniectura orta partim e marginibus variis lectionibus instructis sumpta esse putarim, uti p. 468, 22 vid app. crit., ἀμείνω Leid; p. 468, 25 ἐδέχετο P (SO): ἐδέξατο Leid (KN); p. 469, 22 ἀναλέξασθαι P (SO): -δέξασθαι Leid (KN); p. 471, 21 post μόνον (!) add δὲ Leid. e his vero libris, quos modo produxi, unum P in apparatum ascivi.

Leid. Voss. F 67

I. Mercati (Studi e Testi 164, Romae 1952, p. 127 sq.). codex P orationem in Pulcheriam foliis 144v-151r habet inclusam. maior autem pars errorum, quos P habet solus, variae lectiones sunt consilio, ut videtur, viri haud indocti in textum illatae, velut p. 461, 12 κόσμον: κόσμου P; p. 462, 13 ἀφεῖσα: ἀφιεῖσα P; p. 465, 12 λίνον: λῖνος P; p. 471, 20 διπλασιασθείσης: διαπλασθείσης P. itaque incertum est, utrum P recta, quae bis solus exhibet una cum S (cf. ad p. 472, 5 et ib. 15), acceperit an ex suo ingenio restituerit. correcturae rarissimae sunt originisque incertae. sed ni fallit me phototypia, eas manus primae esse potius putaverim quam alterius. bis habet signa ·/· (omissionis, ut videtur) et in textu et in margine (p. 470, 2 super διὰ τῆς et ib. 17 super παιδοτρίβης) nihilo tamen sequente.


Ambros. Q 14 sup. Codicis P persimiles sunt recentiores tres, quorum primus est codex Mediolanensis Ambrosianus Q 14 sup., chartaceus annis 1487-89 exaratus, foliorum 484. quem descripserunt A. Martini et D. Bassi (601 R, tom. II, p. 751-754). de codice in hac editione vide vol. VIII, 1, p. 122 sq.; 158; p. 219; vol. III, 1, p. XLII sq.; vol. V, p. 182. continet orationem in Pulcheriam foliis 313v-320r. Ambrosianum, qui eadem Gregorii opera teneat quae P eiusque errores proprios ad unum omnes recipiat, ex ipso Piano depromptum esse veri est simillimum. menda quae ipse addidit, hic illic correcta sunt manu prima, ni me oculi fallunt.

Vat. 445 Alter est codex Vaticanus graecus 445, chartaceus saec. XVI, foliorum 129. quem descripsit R. Devreesse (720 R, p. 192-194). de codice in hac editione egerunt idem docti qui de P et Ambrosiano isdem fere locis. continet orationem in Pulcheriam foliis 62v-65v. folium 64r vacuum est. etiam Vaticanus 445 fluxisse videtur e Piano, cuius textum ad verbum repetit paucis suo Marte, ut videtur, mutatis velut p. 468, 25 ἐδέχετο P(OS): ἐδέξατο Vat 445 (cf. KN Crus Leid, an recte?). margini ascribit ἔχετο manus prima. quae exstant correcturae, manus primae esse videntur. ne vero Vaticanum ex Ambrosiano descriptum esse existimes, haec proferam menda Ambrosiani a Vaticano neglecta: p. 463, 6 φύσει om Ambr habet Vat 445; 464, 25 δὲ om Ambr, habet Vat 445; p. 471, 22 ἀντί om Ambr, habet Vat 445; p. 472, 7 κρείττονι om Ambr, habet Vat 445.

Leid. Voss. F 67 Postremus est codex Leidensis Bibliothecae Universitatis Vossianus graecus F 67, chartaceus saec. XVI et XVII, foliorum 312. codicem miscellaneum, qui sex partibus constat in unum compactis, descripsit K. A. de Meyier (522 R, p. 78-80). continet in parte quarta saec. XVI exeunte exarata orationes Gregorii de mortuis (fol. 40r-51r) et de Pulcheria (fol. 51v-54v) et orationem Catecheticam (fol. 55r-61v) mutilam. qui ordo orationum idem est quem P servavit eiusque cognati. itaque litteris e K. A. de Meyier, bibliothecario Leidensi doctissimo, quaesivi, nonne codicem ab ipso Is. Vossio, dum Romae moraretur, acquisitum vel exscriptum esse putaret. haec sunt, quae benigne mihi rescripsit: folia 40r-61v manu Vossii certe non esse scripta, sed veri esse simile ea iam in codice Petavii 519 exstitisse, quem sese e Gallia provenisse existimare, quapropter quaerendum, essetne Parisinus codex, olim regius, qui, orationibus nostris absentibus, eundem ordinem praeberet ac codex Pianus (P). cuius rei persequendae quod otium mihi non fuit, aegre fero. ex ipso vero textu hoc patet: Vossianus, cum Piani errores proprios recipiat totos, Ambrosiani autem et Vaticani 445 mendis careat, aut ex ipso P aut ex libro illi persimili fluxit. quae propria exhibet, partim coniectura orta partim e marginibus variis lectionibus instructis sumpta esse putarim, uti p. 468, 22 vid app. crit., ἀμείνω Leid; p. 468, 25 ἐδέχετο P (SO): ἐδέξατο Leid (KN); p. 469, 22 ἀναλέξασθαι P (SO): -δέξασθαι Leid (KN); p. 471, 21 post μόνον (!) add δὲ Leid. e his vero libris, quos modo produxi, unum P in apparatum ascivi.

Par. 503 Separatim in auctore stirpis codicum KOP haerere videtur codex Parisinus Bibliothecae Pationalis graecus 503, chartaceus saec. XIV (cf. supra p. 350). continet orationem in Pulcheriam foliis 208r-211r inclusam. quae, quamquam in codice Vaticano 446 (E), unde Parisinum multa deprompsisse demonstravimus, ut ille nunc quidem exstat, non invenitur, tamen simili ratione atque oratio in Meletium ornata est emendationibus doctis, cf. ex. gr. p. 461, 8 ante τῇ add ἐν Par 503; p. 462, 9 σιδήρεος: σιδήρειος Par 503; p. 464, 23-24 καλυφθῇ . . . μεταπέσῃ: καλυφθείη . . . μεταπέσοι Par 503; p. 466, 8 εἰς: πρὸς Par 503; p. 467, 2 γεγεννηκότες: γεννήσαντες Par 503; ib .13 πολλαχῇ: πολλαχοῦ Par 503; p. 471, 4 βουλεύεται: βούλεται Par 503; ib. 5 πάντως: πάντα Par 503. quo fit, ut ratio quae inter Parisinum et ceteros libros intercedat, haud facile discernatur. hoc unum pro certo dici potest Parisinum in hac oratione ad classem primam (α) non pertinere. nam ea menda, quibus libri KOP ex uno fonte fluxisse demonstrantur (cf. supra p. 418), cum illis communia habet. p. 462, 20 communem errorem ἠνωδία πετάσαι pro ἄνω διαπετάσαι litteris ἠνω omissis sanare conatus est. semel verum habet cum S (p. 465, 18). alioqui, utrum ratione an casu nescio, propius ad KN accedere videtur, quibuscum haec communicat: p. 469, 22 ἀναλέξασθαι: ἀναδέξασθαι Par 503 KN (Leid); p. 470, 5 οἱ κρατῆρες, πλήρης om Par 503 KN; p. 472, 5 ἡμῶν om Par 503 KN. reliquorum vero, quae libris KN propria sunt, nihil habet. Parisinum, etsi textum non semel haud inepte mutavit, ne apparatum inflaret, non adhibui.

Hoc igitur stemma codicum delineari potest:



Reliquum est, ut mentionem faciam miri cuiusdam commentarii perpetui in modum scholiorum confecti, quo nescio quis saeculo XVIII, Athonis scilicet saeculo docto, orationem nostram pervellit, perinde ac si in ludo puerorum eam esset explicaturus. quae ἐξήγησις τοῦ εἰς Πουλχερίαν . . . ἐπιταφίου λόγου una cum scholiis varia

Lawra Ω. 124 opera, imprimis orationes, illustrantibus in Monte Sancto servatur. codicem dico Athoum Laurae Ω. 124, chartaceum anni 1757, foliorum 217. quem descripserunt Sophronios et Spyridon Eustratiades (195 R, p. 357: no. 1936). explicatio orationis in Pulcheriam foliis 68r-70v continetur. quod opus, etsi difficile lectu est, examinavi totum, sed nihil repperi, quod in constituendo textu nos adiuvaret; immo vero eo adductus, quod p. 462, 20 una cum v verbum εὐωδία legisse videtur, exemplar typis

exscriptum promptum fuisse commentatori facile suspiceris. quod utcumque se habet, haec liceat exempli causa proferre, quibus indoles operis cognoscatur: [ad p. 461, 3 οὐκ οἶδα ὅπως τῷ λόγῳ χρήσομαι] Ἐγὼ δὲν ἠξεύρω ἀπορῶ τί λογῆς τάχα μέλλω νὰ μεταχειρσθῶ νὰ εἰπῶ νὰ λέξω τὸν παρόντα μου λόγον. [ad 3-4 γὰρ ὁρῶ] διότι ἐπειδὴ ἐγὼ βλέπω θεορῶ στοχάζομαι etc. [vel ad 6 ἡ παροῦσα τοῦ ἔτους v.l. χρόνου περίοδος] ἡ ἐνεστῶσα κυκλοφορία ἡ γύρισις τοῦ ἐφετείνου χρόνου et cetera usque ad p. 463, 1, quo versu commentarius terminatur.

Huc adde duo libros eiusdem fere aetatis, quos inspicere non potui, codicem dico Hierosolymitanum
Saba Bibliothecae Patriarchatus Graeci Sabae 455, chartaceum
455 saec. XVIII exeuntis, foliorum 417. quem descripsit A. I. Papadopulos-Kerameus (444 R, tom. II, 1894, p. 554 sq.). qui liber 'mathematarium' est, id est commentariolus, in quem studiosus quidam litterarum nomine Ioannis ἐκ Ῥαιδεστοῦ variorum varia eaque instructa explanationibus (μετὰ ψυχαγωγικῆς ἑρμηνείας), quae disceret, referebat; in his Gregorii orationes et in Pulcheriam et in Flacillam (fol. 325 sqq.). quod genus libellorum non rarum est in illa bibliotheca.

Iwiron Eodem pertinere videtur codex Athous Monasterii
125 Hiberorum (Iwiron) 125, chartaceus saec. XIX ineuntis, foliorum 244. quem descripsit Sp. P. Lambros tom. II, (184 R, p. 23 = n. 4245). continet in singulos versus explicatas (μετὰ διαστίχου ἐξηγήσεως) variorum oratorum, ut Isocratis, Chrysostomi, utriusque Gregorii, orationes septem; in his orationem in Pulcheriam (fol. 140r sqq.). e quibus apparet orationem nostram, ut polita est elocutione, viguisse inter discendi studiosos.

Atque haec de libris manu scriptis; qui typis exscripti sunt, infra (p. 435 sq.) enumerabo.

PRAEFATIO DE ORATIONE IN FLACILLAM

Orationem Gregorii in Aeliam Flacillam vel Placillam, ut aiunt Graeci, tres et viginti asservaverunt, qui quidem mihi innotuerint, codices Graeci. quos ad examinandos eadem a me inita est ratio, quam in superioribus libris recensendis secutus sum. sed pleraque nunc brevius mihi erunt dicenda, ne ea, quae ad eosdem libros pertinent, saepius iterata ponantur. iteratas tamen gratias ago maximas Henrico Happ, quod plurimos libros manuscriptos cura solita pro me contulit, — quos more nostro iterum ego contuli totos. orationis autem memoria, quae quidem istis libris retinetur, omnis diducta est in partes duas, quarum unam libri OK Par 503 S tenent, alteram recensio docta codicum ALPΛ.

In prima stirpe recensenda ordiamur a codice O eiusque fratribus minoribus, qui orationem in Flacillam hisce foliis tenent:

O Codex Monacensis graecus 370, saec. X (cf. supra p. 365; 419) fol. 257r-266v
Mon. Codex Monacensis graecus 107, saec. XVI (cf. supra
107 p. 366; 420) fol. 189r-194r
Matrit. Codex Matritensis Bibliothecae Nationalis graecus 4864,
4864 saec. XVI (cf. supra p. 366; 420) fol. 256r-261r
Par. Codex Parisinus graecus 585, saec. XVI (cf. supra p. 366;
585 420) fol. 87r-93r
Par. Codex Parisinus graecus 586, saec. XVI (cf. supra
586 p. 366 sq.; 420) fol. 319r-325r.

In hac quidem oratione recentioribus falsa non sunt, quibus contra O coniungantur; neque tamen errorum, quos O solus habet, participes sunt. recte enim praebent p. 477, 22 προέσθαι: πορεύεσθαι O; p. 478, 18 ὅπως: ὅπου O; p. 479, 17 εἴη γε: εἴ γε O. quapropter et O et recentiores singulos ex eodem Cardinalis Grimani libro nunc deper-

dito descriptos esse opinor (cf. supra p. 367 sqq.).

K Alterum codicem his similem habemus Venetum Marcianum graecum 67, saec. XI (cf. supra p. 363; 418 sq.), qui orationem nostram continet foliis 155v-159v inclusam. quo cum libro artissimo, ut solet, cognationis
N vinculo coniunctus est codex Oxoniensis Bodleianus Cromwell 9, saec. XII vel XIII (cf. supra p. 363 sqq.; 418 sq.). orationem in Flacillam continet foliis 260-271. haec pro pluribus sufficiant propinquitatis exempla: p. 477, 4 αἷμα post δάκρυον coll KN; p. 481, 1 ἡ om KN; p. 483, 16 δορυφόρων: δακρύων KN. alterius rationis, qua nescio quo pacto inter se coniuncti sunt, supra p. 418 sq. mentionem feci. sunt enim correcturae in K, quas, cum textu receptas videamus codicis N, quem tamen ex K fluxisse editores non putant, ex N illatas esse in Venetum existimemus oportet. exemplis supra allatis haec, si placet, addas: p. 478, 9 διηγήσωμαι OK: -σομ- NK^{2}; p. 479, 3 ἴσως OK: ἶσος NK^{2}; p. 481, 12 ἀποδυράμεθα OK: ἀπωδυράμ- NK^{2}; p. 483, 20 προκύψεις OK: -ψῃς N (sup ras) K^{2}; p. 485, 17 καὶ-οἴδαμεν om OK: pro quibus facili scil. coniectura post εἰσαγόμεθα suppeditant καὶ ἐξαγόμεθα NK^{2}. sed quaecumque correcta sunt in N (= N^{2}), Venetum non affecerunt. nonnusquam uterque habet notas ad dubia, ut videtur, spectantes, velut ad p. 478, 16; 483, 16; 488, 1. quibus omnibus circumspectis ceterisque cum argumentis comparatis, etsi alii alia sunt opinati, tamen in hac sum sententia, ut codicem N, quod ad orationes nostras attinet, descriptum esse putem ex K. quam rem hoc quoque argumentum affirmat: p. 489, 2 εὐγνώμων recte K: γνώμων N (verbum scil. inane). ratio autem huius rei certissima in K est, qui litteras εὐ in extrema pagina scripsit ita, ut proxima pagina a litteris γνώμων ordiatur.

Par. Ex eodem fonte cum libro Grimani et K orationem in
503 Flacillam codex Parisinus graecus 503, saec. XIV (cf. supra p. 350 sq.; 424) repetivit (foliis 203 v-207 v),

sed compluribus lectionibus propriis auxit. praebet omnes errores librorum O recc K uno hoc excepto: p. 479, 2 ἢ recte Par 503. ter propius accedere videtur ad librum K: p. 475, 12 ἐν τούτῳ: ἐν ταυτῶι K ἐνταῦθα Par 503; p. 476, 13 προαγαγεῖν: προσ- K Par 503; p. 480, 11 ἐγένετο-πάθος om K Par 503. sed haec casu fortasse magis acciderunt quam ratione.

Libros OK Par 503 ex eodem pendere auctore menda communia affirmant. omiserunt enim libri OK Par 503 p. 484, 21 ἡμῶν; p. 484, 22 ὁ χόρτος; p. 485, 6 οὐ (fort recte); p. 485, 17-18 καὶ-οἴδαμεν. p. 486, 9 pro θράσος legunt θάρσος. quibus conferas, quaeso, quae infra p. 434 sq. disputabo.

S Ad eandem stirpem pertinet codex Vaticanus graecus 1907, saec. XII vel XIII (cf. supra p. 354 sqq; 418), quo in libro mutila extat oratio nostra in folio 289v, id est usque ad p. 480, 26 θρῆνον. reliqua ex apographo (Z) suppeditavi, id est e codice Vaticano graeco 1433,
Z saec. XIII (cf. supra p. 356, 418) orationem foliis 370v-474r exhibente. tenet autem et huius orationis textus vestigia illa, quibus apparet librarium doctum codicis S hic suo Marte coniecisse, ut p. 475, 12 μάλιστα: μᾶλλον S; p. 476, 1 γενήσεται: γίνεται S, illic fideliter exemplar esse secutum, ut p. 477, 17, ubi omissis verbis ἢ κατὰ πόλεμον ἅπτεται (vetustate, ut videtur, evanidis in exemplari) spatium reliquit, quod data facultate ex alio libro suppleret; id quod nonnusquam eum fecisse iam vidit Laurentius Zacagni (cf. supra p. 354). haec causa est, cur in libro S tradita vera a bene coniectis distingui saepe non possint. de mendis autem, quibus coniungitur codex S cum libris O recc K Par 503 non prius dicemus, quam libros stirpis alterius exploraverimus.

A Quorum agmen ducat codex Athous Monasterii Stavronikita 13, membranaceus saec. X et XIII. quem breviter descripsit Sp. P. Lambros (184 R, tom. I,

p. 75). pars recentior codicis bipertiti duas homilias Chrysostomi, vetustior homilias Gregorii continet octo; in his disputatione De anima praemissa orationem in Flacillam foliis 363r-376v inclusam. quae pars binis columnis nitide exarata est titulosque habet litteris uncialibus pulcherrime scriptos et ornamentis distinctos. artificium autem, quo liber est exornatus, diligentia subsequitur, qua est descriptus. qui nescio quo pacto nullum admodum errorem in textum intulit et quae levissima peccavit, ea accurate ab ipso, ut videtur, librario praebet erasa et emendata.

L Codici A simillimus est Leidensis Bibliothecae Universitatis Gronovianus 12, chartaceus saec. XVI, foliorum 277. quem descripsit Jacobus Geel (518 R, p. 3-4). huius editionis vide vol. VIII, 1, p. 11-18; 97 sq.; vol. III, 1, p. XI sq.; XXXIII sqq.; XLIII; XLVIII. qui liber 'intermixtis aliis' multa Gregorii opuscula continet; in his orationem in Flacillam foliis 226r-231v inclusam. adnotationes autem, quae tanto usui fuerunt Gregorii operum editoribus, omnino deesse foliis nostris ipso codice inspecto, cum Lugduni Batavorum essem, mihi persuasi. tamen nihil est, quod non ad orationem in Flacillam quoque subscriptio illa pertineat, quae Gronovianum ex libro Arsenii anno 911 confecto descriptum esse affirmat. nam textus, quem praebet, propriis mendis exceptis cum codice saeculi X (A) ad verbum congruit, quod vix fieri potuit, si complures intermediarii libri fuissent. accedit, quod p. 481, 6, ubi pro verbis τῶν συμφορῶν omnes libri huius familiae legunt συμφοραῖς, ante συμφ. L spatium reliquit trium litterarum, ex quo colligi potest fortasse ante oculos fuisse librario auctorem familiae communem, quem hoc loco depravatum et correctum, ut vidit, sic etiam accuratius ille quidem depinxit. in apparatum L non ascivi, quia in hac oratione edenda vetustior nobis adfuit liber gemellus (A).

P Venimus ad codicem Vaticanum Pii II vel potius III 4, saec. XI (cf. supra 421 sq.). continet orationem nostram foliis 214r-221r. etiam P, qui in hac oratione non, ut solet, cum familia OKN facit, auctorem familiae fideliter sequitur; quamquam nonnulla mutavit, quae in apparatu adnotavi. correcturas, quibus hic illic manus incerta eum affecit, apographa receperunt,
Am- Mediolanensem dico Ambrosianum Q 14 sup., saec. XV
bros. exeuntis (cf. supra p. 422) et Vaticanum graecum 445,
Q 14 saec. XVI (cf. supra p. 422), e quibus orationem in
Vat. Flacillam hic foliis 90v-93r, ille foliis 381r-388r exhibet.
445 utrumque librum e codice P emanavisse cum satis saepe demonstratum sit, argumentis denuo adlatis affirmari opus non est. proximum est, ut codicem Londiniensem producamus eiusque asseclas:

Λ Codex Londiniensis Musei Britannici Old Royal 16 D I saec. XII (cf. supra p. 351) continet orationem nostram foliis 375v-379v. qui textum huius familiae duodecim fere erroribus novis auctum libris recentioribus tradidit. correcturae autem, quibus sumptis e libro stirpis alterius septies et vicies minimum est divexatus, cum in apographo (Q) desiderentur, non ante saec. XIII exactum illatae sunt. codex autem Taurinensis
Q Bibliothecae Nationalis graecus c. I. 11, saec. XIV ineuntis (cf. supra p. 351 sq.) hanc quoque orationem quam habet foliis et 109v-110v et 120r-121r inclusam e
Mon- codice Λ deprompsit. argumentis supersedeo. item
tep. codicem Montepessulanum Scholae Medicinalis 122,
122 saec. XVI (cf. supra p. 352 sq.), qui orationem nostram foliis 104v-112r praebet, ex Q, cuius proprios excepit errores, descriptum esse mitto denuo demonstrare.

Const. Hic nominari debet etiam codex Constantinopolitanus
773 Metochii S. Sepulchri graecus 773, saec. XVI exeuntis manu M. Margunii exaratus (cf. supra p. 353 sq.) continens orationem in Flacillam foliis 111v-115r. qui liber si non ex ipso codice Q, at certe e cognato codicis Λ

descriptus est (cf. supra p. 354). Londiniensi quoque coniunctus est affinitate codex, qui unus ex omnibus libris servatis liturgicum annum attingit. Flacilla Augusta enim, quam 'fidelem animam Deo' dixit Ambrosius, cum mortem viri defleret (De obitu Theodosii 40, 5 Faller), sancta habebatur in ecclesia Byzantina, quae sollemne eius die 14 Septembris, ut e synaxario patet, agebat (cf. Synax. Eccl. Const. supra p. 346 laud., sub die). sed menologia, quae quidem ad aetatem nostram pervenerint, diem festum nomine Flacillae non respiciunt, nedum lectionem ullam in laudem eius afferant, sive quia memoria menologii autumnalis, quo, antequam editionem novam divulgavit Simeon Metaphrasta, ecclesia Graeca utebatur, pessima est (cf. A. Ehrhard, tom. I, p. 440-461), in editione autem Simeonis Flacilla iam non commemorabatur, sive quia eius sollemne, cum competeret in diem festum exaltationis crucis, contritum est oblivione. ac ne hic quidem liber, quem nunc tractaturus sum, menologium est, sed homilias praebet et vitas Sanctorum ad usum privatum in unum collectas; quamquam titulo orationis nostrae praefixa est dies nec non lectiones ad menses Iulium Augustum Septembrem Octobrem spectantes propendent.

Holkham: est codex Oxoniensis Bodleianus Holkham graecus 25 (olim Holkhamicus 91), chartaceus saec. XVI, foliorum 439. quem descripserunt H. Delehaye (396 R, p. 464 sqq.; cf. p. 451) A. Ehrhard (tom. III, p. 868-870) Ruth Barbour (The Bodl. Libr. Record 6, 1960, p. 596). codex diversis manibus scriptus, in his Maximi Margunii, saeculo XVII ineunte Marci Morezeni fuit sacerdotis Cretensis (cf. fol. 1); eodem saeculo exeunte Venetiis erat in bibliotheca Iulii Iustiniani procuratoris S. Marci, ubi a. 1698 examinavit eum Bernard de Montfaucon (cf. Diarium Italicum, Parisiis 1702, p. 433 sq. et 69); paulo post in Britanniam advectus inde a saeculo XVIII ineunte quievit in bibliotheca


comitis de Leicester in castello Holkhamiensi comitatus Norfolciae (cf. William Roscoe, Trans. of the Royal Soc. of Litt., vol. II, Londini 1834, p. 352 sqq.); unde anno 1954 veniit bibliothecae Bodleianae (cf. The Bodl. Libr. Record 5, 1954, 61-63). continet orationem in Flacillam foliis 378r-380v inclusam. textui hic illic manu prima, ni fallor, correcto errores insunt, quos nisi codex Londiniensis (Λ) nemo in hac familia praebet, uti p. 477, 14-15 καὶ πολέμους om Λ Holkh; p. 480, 14 ἀρετῶν: ἀγαθῶν Λ Holkh; p. 487, 11 ante γυμνὸς add καὶ Λ Holkh; p. 487, 19 πλείονος post τιμῆς coll Λ Holkh. sed cave hunc ex illo descriptum esse existimes: p. 486, 4 λυπηρῶν falso Λ: κακῶν recte Holkh; p. 486, 7 διαβολὴ οὐ πιστεύεται om Λ: habet Holkh; p. 488, 4 ἡ om Λ: habet Holkhamicus. accedit, ut multi errores, qui communes sunt totius familiae ALPΛ, in codice Holkhamiensi non reperiantur, velut ii, quos in apparatum relatos ad p. 475, 16; 476, 22; 477, 13; ib. 14; ib. 21 invenies, alii complures. porro, si forte reminisci libebit, eorum, quae in codice Λ correcta esse dixi, mendorum ($Λ^2$): eadem semper fere evitat etiam codex Holkh, ut quae rettuli ad p. 475, 3; 476, 7; ib. 13; 478, 8; ib. 14; ib. 21, alia plura. ex quo intellegitur aliquam fuisse primae stirpis contagionem. quam rem si demonstrare velis, haud facile clarius exemplum invenias quam correcturas codici Λ illatas ($Λ^2$). contagio ista vero Holkhamiensis utrum ipsum librum an eius exemplar invaserit, omnino incerta est. quam ob rem Holkh ad textum constituendum non adhibui.

Restat ut communem familiae auctorem quaeramus atque eius naturam. nam si omnia, quibus libri ALPΛ a stirpe prima discrepent, uno in conspectu videris, textum habebis funditus mutatum. quem si examinaveris, ex eadem doctarum recensionum officina exisse intelleges, ex qua oratio in Meletium quoque in codicem Λ pervenit (cf. supra p. 357 sqq.). exemplis ibi prolatis ipse, si videa-

tur, quae sub huius orationis textu siglis APΛ distincta invenis, compares. cognito codicum fonte fons fontis, ut ita dicam, quaerendus: qui fuit liber, quo usus vir doctus ille editionem suam confecit? qui liber haec, ni fallor, editioni illi impressit vestigia: p. 476, 7 ἔτι νέον: ἐπεὶ πλέον ALPΛ (error litteris uncialibus male lectis ortus); p. 481, 16 παραληρήσαιμι: παραχρήσαιμι ALPΛ (error fort eiusdem generis); p. 483, 17 pro verbis φρουρὰ-δορυφόρων homoeoteleuto omissis suppeditant πληθύς et post οἷς negationem οὐ ALPΛ (i.e. lacunam exemplaris ab editore suppletam); p. 488, 1 ἀπογνὸν τὴν σωτηρίαν μειράκιον: ἐκ τῶν μειρακίων ALPΛ (idem ac supra). e quibus vestigiis apparet auctorem familiae communem e libro litteris uncialibus scripto, nonnusquam deficiente pendere. concordant igitur haec quoque cum argumenris, quae, cum de oratione in Meletium disputaremus (cf. p. 357 sqq.), de fonte familiae doctae protulimus.

Nunc videamus de ratione, quae inter singulas stirpes intercedat. sunt errores, quibus vel prima facie coniunctam videas familiam OK Par 503 cum codice S (Z). quos tamen si examinaveris, incertum duces, coniungant an non. nam ubicumque lapsi sunt libri OK Par 503 una cum codice S (Z), in dubium vocabis stirpem alteram, verane ibi servarit an suo Marte corrupta emendaverit. quod si esset, codicem S (Z) ut in plerisque Gregorii operibus sic etiam in hac oratione a familia OK Par 503 separaret; tota vero orationis memoria rivis tantum diducta esset, non fontibus. nam in eodem fonte iidem exstiterunt errores: p. 477, 25 καὶ ALPΛ: om OK Par 503 S (an recte? et ἀνακηρύξας pro -ξαι restituendum?); p. 479, 16 ἂν ALPΛ: om OKPar 503 S (an recte hoc loco? et ἂν haplographia amissum post δείξειεν restituendum?); p. 480, 2 ante ἔθνος add χωρίον OKPar 503 S (an recte? et ἔθνος ut scholion antiquissimum delendum?); p. 489, 9 ἔλαττον ἀσεβεῖν ALPΛ: ἐλάττονα σέβειν OKPar 503 Z (plane falsum, sed facillimum ad corrigen-

dum). etiam lectio μάλιστα πλέον (cf. ad p. 475, 12) si modo est falsa, error est utriusque stirpis communis. ad haec vero incerta generis menda variae accedunt lectiones, quas, si quis rectas esse ducat, ratio inter singulas stirpes non afficitur, sin vero falsas, codex S (Z) a libris OK Par 503 plane disiungitur: p. 477, 2 τῇ om ALPΛ S (an recte?); ibid. 6 ψυχῆς et οὔσης om ALPΛ S (an recte?); p. 481, 4 διωργίσθη: διὰ τί ὠργίσθη ALPΛ Z (an recte?); p. 483, 15 γνῶναι τοῦτο: τοῦτο γνῶναι ALPΛ Z (an recte?); p. 488, 18 ἀγαθῶν: ἀρετῶν ALPΛ Z (plane falsum, nisi vero ad usum Homericum spectat). restat igitur quaedam de ultima, quae inter stirpes intercedat, ratione incertitudo. quas tamen hoc fere stemmate delineari posse opinor:



De editionibus, quae orationes Gregorii et In Pulcheriam et In Flacillam typis Latinis et Graecis exscriptas

continent, cum eaedem fere sint quae orationem In Meletium (cf. supra p. 410 sqq. [1]), acervatim, si placet, dicam: Basiliensis 1562 (Pulch.: p. 365-371; Flac.: p. 371-377); Basiliensis 1571 (p. 281-286; 286-291); Parisina 1573 (col. 903-910; 909-916); Veneta 1574 (122 v-126 v; 127 r-131 v); Parisina 1605 (tom. I col. 903-910; 909-916); Parisina 1615 (tom. II, col. 946-955; 956-965); Coloniensis 1617 (p. 487 sqq.; 490 sqq.); cod. Vat. Urb. gr. 10, saec. XVII (fol. 97v-103v; 103v-110r); Parisina 1638 vel 'Morelliana' (tom. III, col. 514-523; 524-533); Mignei 1858; 1863; 1959 (col. 864-877; 877-892); Patusae 1710; 1744 (tom. II, p. 155-164; 164-174); 1780 (?); Schram 1791 (tom. XIV, p. 640-645; 645-651).

Atque haec quidem de libris cum typis tum manu exscriptis, [2]) qui memoriam orationum Gregorii in Meletium, in Pulcheriam, in Flacillam aetati nostrae tradiderunt. quibus in edendis quae a me inita sit ratio, paucis exponam. de librariorum prave scribendi more in adnotatione non rettuli. tacui igitur de vocalibus commutatis ι, η; ει, η; ι, ει; ε, αι; υ, οι; ι, οι; ο, ω. item ν paragogicum, quod diversa ratione librarii ponunt, tacite ad normam Byzantinorum accommodare ausus sum. sed rettuli de crasi et elisione. accentus et spiritus, qui quidem parvi sint aestimandi, velut ἔρνος, ἕρνος; πετάσαι, πετᾶσαι prout usus postulat, scripsi; qui sensum afficiunt, velut αὐτοῦ, αὑτοῦ; ἤ, ἦ, cum mutavi, commemoravi. porro formas γιν, γιγν; ττ, σσ secundum

[1]) Sed memor sis velim orationem in Pulcheriam codice Morelli (= Montep. 122) non contineri.

[2]) Quibus adde, quaeso, codicem, quem non inspexi, Mosq. Mus. Hist. Bibl. Synod. 71 (Wladimir 157, v.p. 161), membr. s. XI, fol. 285r-292r (In Mel.) et quattuor codd. recentissimos, quos etsi non vidi, eiusdem generis esse opinor ac supra p. 425 sq. laudatos: codd. Bucurest. Bibl. Acad. Roman. 590 s. XIX, fol. 129 sqq. (In Pulch.); 700 s. XVIII, fol. 242 sqq. (In Pulch.); 721 s. XVIII, fol. 207 sqq. (In Pulch.); 726 s. XVIII, fol. 664 sqq. (In Pulch.); ib. fol. 683 sqq. (In Flac.): cf Const. Litzica (229 R, p. 268; 441; 467; 477).

codicum memoriam servavi, quo factum est, ut alibi aliam textu receperim, ut p. 479, 13 et 488, 10, ubi verborum γῆς τε καὶ θαλάττης quasi formulam una cum testibus gravioribus retineri posse putavi. ceterum omnibus in rebus, quas in dubium vocaris, ut νεικ-, νικ-; καμψάκη, καψάκη; πανδημεῖ, πανδημεί; εἶδεν, ἴδεν, librorum rationem scribendi, si saepe non approbavi, at semper certe commemoravi. nomina propria a vero hic illic aberrantia, quae quidem ad leviora pertinebant, ut Ἀβραάμ, Δαυίδ, reticui, alia, ut Μωσῆς, adnotavi, formam Ἐλισαῖος denique, cum in nonnullis S. Scripturae codicibus extet, una cum libris meis servavi.

In colligendis vero fontibus similibusque id efficere enitique volui, ut quem in harum orationum dispositione subsecutum esse sciremus praecepta rhetorum (sollicite enim custodit oratoris datum amictum, cf. Io. Bauer, Die Trostreden des Gregorius v. Nyssa in ihrem Verhältnis zur antiken Rhetorik, Marpurgi 1892), eum cognosceres rerum verborumque delectum egisse, ut erat Christianus, auctoritate nisum S. Scripturae; e qua multa scilicet affert tota, plura tamen singulorum quasi tecta significatione. deinde quia serpit per omnes has orationes longius, quam pro genere putares (ἐπιδεικτικόν enim est quod appellamus), doctrina theologica, ad Gregorii tractatus theologicos saepius te relegare mihi visum est. nam quae strictim attingit in nostris, ibi fusius dicit (cf. A. Spira, Rhetorik u. Theologie in den Grabreden Gregors v. Nyssa, Studia Patristica IX, Berolini 1966, p. 112-120). rhetorica vero non complexus sum hoc tempore, non quo neglegenda sint, sed quia spatium mihi non est. eadem ex causa de ratione, quae inter hos sermones et antiquorum consolationes intercederet, hoc quidem tempore parcus eram. de utraque tamen re, nec non quam novam Gregorius et consolationis et rhetorum praeceptis subdiderit significationem, in commentariolo disputabo, quo has orationes sum

instructurus. funebres denique, sic enim inscribunt libri manuscripti, orationes in Meletium et in Flacillam inscripsi. at orationem in Pulcheriam, cuius de genere codices tacent, L. Sifano et F. Ducaeo praeeuntibus consolatoriam appellavi. quamquam hunc titulum cum ceteris quoque congruere ex iis colligere possis, quae Menander de dispositione παραμυθητικοῦ λόγου docet in eo, quem περὶ ἐπιδεικτικῶν composuit, libro (Rhet. Gr. III, p. 413 sqq. Sp.).

Restat, ut gratiam agam maximam Hermanno Langerbeck † viro doctrina patrum, virtute, integritate vitae paucis comparando, qui praeceptor meus per multos annos doctissimus numquam defatigatus est docendo adiuvando adhortando. deinde gratiam debeo Wernero Jaeger † viro humanissimo et studiorum Nysseni promotori optime merito, quod fiduciam in me collocavit et magni huius operis socium me fecit. quem consilii auctorem habuisse benignum mihi semper honori erit. gratiam habeo tum R. P. Marcello Richard, quod in codicibus reperiendis me adiuvare numquam destitit. magnas denique refero gratias Hadwigae Hörner, feminae doctae, quae multum et temporis et laboris impendit, ut huic praefationi finem iam transeunti aliquem imponeret modum.

Scr. Moguntiaci mense Octobri MCMLXV

ANDREAS SPIRA

ORATIO FUNEBRIS IN MELETIUM EPISCOPUM

EDIDIT

ANDREAS SPIRA

CONSPECTUS SIGLORUM

(Oratio funebris in Meletium Episcopum)

Σ codex Sinaiticus Monasterii S. Catharinae gr. 383 membranaceus saec. IX-X
S codex Vaticanus gr. 1907 chartaceus saec. XII-XIII
E codex Vaticanus gr. 446 membranaceus saec. XII
M codex Mediolanensis Ambrosianus gr. C 135 inf. membranaceus saec. XI
O codex Monacensis gr. 370 membranaceus saec. X
T codex Athous Monasterii Kutlumusiu gr. 23 membranaceus saec. XII
C codex Vaticanus gr. 448 membranaceus saec. IX-X
Sy codex Londiniensis Musei Britannici Addit. 12163 membranaceus saec. VI-VII (interpretatio Syriaca)
R codex Londiniensis Musei Britannici Addit. 12165 membranaceus anni 1015 (interpretatio Syriaca)
v textus vulgatus editionis Parisinae a. 1638 et Mignei
Kr S. Gregorii Nysseni oratio catechetica graece et latine . . . edidit Io. Georgius Krabingerus . . . accedit eiusdem Gregorii oratio funebris in Meletium, episcopum Antiochenum. Monachii 1838
LXX = Septuaginta ed. A. Rahlfs, editio quinta Stuttgart 1952
pesch = Biblia sacra iuxta versionem simplicem quae dicitur Pschitta, vol. 1-3, Mausili 1887-1891
codd = omnes codices in apparatu critico laudati
cett = ceteri codices in apparatu critico laudati

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΕΙΣ ΜΕΛΕΤΙΟΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ

852 M. Ηὔξησεν ἡμῖν τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀποστόλων ὁ νέος ἀπόστολος, ὁ συγκαταψηφισθεὶς μετὰ τῶν ἀποστόλων· εἵλκυσαν γὰρ οἱ ἅγιοι πρὸς ἑαυτοὺς τὸν ὁμότροπον, τὸν ἀθλητὴν οἱ ἀθληταί, τὸν στεφανίτην οἱ στεφανῖται, τὸν ἁγνὸν τῇ ψυχῇ οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, τὸν κήρυκα τοῦ λόγου οἱ ὑπηρέται τοῦ λόγου. ἀλλὰ μακαριστὸς μὲν ὁ πατὴρ ἡμῶν τῆς τε ἀποστολικῆς συσκηνίας καὶ τῆς πρὸς τὸν Χριστὸν ἀναλύσεως, ἐλεεινοὶ δὲ ἡμεῖς· οὐ γὰρ ἐᾷ μακαρίζειν ἡμᾶς τοῦ πατρὸς τὴν εὐκληρίαν ἡ ἀωρία τῆς ὀρφανίας. ἐκείνῳ κρεῖττον ἦν τὸ σὺν Χριστῷ εἶναι διὰ τῆς ἀναλύσεως, ἀλλ' ἡμῖν χαλεπὸν τὸ διαζευχθῆναι τῆς πατρικῆς προστασίας. ἰδοὺ γάρ, βουλῆς καιρός, καὶ ὁ συμβουλεύων σιγᾷ· πόλεμος ἡμᾶς περιεστοίχισται, πόλεμος

5 cf Act 1, 26   5-6 cf Joh 12,32   6-7 cf I Cor 9,25; I Tim 6, 12; II Tim 2, 5; 4, 7.8 et sim   8 cf Matth 5,8   cf II Tim 4, 2; I Tim 2,7   8-9 cf Luc 1,2   10 et 12-13 cf Phil 1,23; II Tim 4, 6

Titulus: τοῦ ἁγίου γρηγορίου ἐπισκόπου νύσης· ἐπιτάφιος εἰς τὸν ἅγιον μελέτιον ἐπίσκοπον ἀντιοχίας· ῥηθεὶς ἐν κωνσταντίνου πόλει Σ   εἰς τὸν ἅγιον μελέτιον ἀρχιεπίσκοπον ἀντιοχείας· ἐπιτάφιος S   τοῦ αὐτοῦ εἰς μελέτιον ἐπίσκοπον ἀντιοχείας· ἐν κωνσταντίνου πόλει τελευτήσαντα E   τοῦ αὐτοῦ ἐπιτάφιος εἰς τὸν μέγαν μελέτιον ἐπίσκοπον ἀντιοχείας W(pro M def) M³(suppl in marg sup, τοῦ αὐτοῦ om) KOv(post ἐπιτ. add λόγος) T(τοῦ ἁγίου γρηγορίου νύσης ἐπ. εἰς τ. ἅγιον μ. ἐπ. ἀντ.)   τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν γρηγορίου ἐπισκόπου νύσσης ἐπιτάφιος εἰς μελέτιον ἀρχιεπίσκοπον ἀντιοχείας· ῥηθεὶς ἐν κωνσταντίνου πόλει C   ὁμιλία εἰς τὸν θάνατον τοῦ ἁγίου(μεγάλου R) Μελετίου ἐπισκόπου 'Αντιοχείας ἣν (om R) εἶπεν (δὲ αὐτὴν add R) ὁ μακάριος Γρηγόριος ἐπίσκοπος Νύσσης πρὸς τὴν σύνοδον (τὴν σύν. om R)   τῶν (τοὺς videl R) ἑκατὸν πεντήκοντα (ἐπισκόπους add R) ἐν Κωνσταντίνου πόλει SyR

ΣSE WOT C SyR   5 νῦν καταψηφισθεὶς SE   6-7 οἱ ἀθληταί post 7 ἁγνὸν coll v(Migneus)   7 τὴν ψυχὴν C   11 ἐᾷ om et post 12 ὀρφανίας add ἀνέχεται Σ   14 ante καιρός add ὁ ΣSE   15 περιεστοίχισε SE

αἱρετικός, καὶ ὁ στρατηγῶν οὐκ ἔστιν· κάμνει ταῖς ἀρρωστίαις τὸ κοινὸν σῶμα τῆς ἐκκλησίας, καὶ τὸν ἰατρὸν οὐχ εὑρίσκομεν. ὁρᾶτε ἐν ποταποῖς τὰ ἡμέτερα. ἐβουλόμην, εἴ πως οἷόν τε ἦν, τονώσας ἐμαυτοῦ τὴν ἀσθένειαν συναναβῆναι τῷ ὄγκῳ τῆς συμφορᾶς καί τινα ῥῆξαι φωνὴν κατ' ἀξίαν τοῦ πάθους, καθάπερ οἱ γενναῖοι πεποιήκασιν οὗτοι μεγαλοφώνως τὴν ἐπὶ τῷ πατρὶ συμφορὰν ὀδυρόμενοι. ἀλλὰ τί πάθω; πῶς βιάσωμαι γλῶσσαν εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ λόγου καθάπερ τινὶ πέδῃ βαρείᾳ τῇ συμφορᾷ πεδηθεῖσαν; πῶς ἀνοίξω στόμα τῇ ἀφασίᾳ κεκρατημένον; πῶς προῶμαι φωνήν εἰς πάθη καὶ θρήνους ἐκ συνηθείας κατολισθαίνουσαν; πῶς ἀναβλέψω τοῖς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς τῷ τῆς συμφορᾶς γνόφῳ κεκαλυμμένοις; τίς μοι διασχὼν τὴν βαθεῖαν ταύτην καὶ σκοτεινὴν τῆς λύπης νεφέλην πάλιν ἐξ αἰθρίας λαμπρὰν ἀναδείξει τὴν τῆς εἰρήνης ἀκτῖνα; πόθεν δὲ καὶ ἀναλάμψει ἡ ἀκτὶς τοῦ φωστῆρος ἡμῶν καταδύντος; ὢ κακῆς σκοτομήνης ἀνατολὴν φωστῆρος οὐκ ἐλπιζούσης.

Ὡς ἀπεναντίον ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι τόπῳ νῦν τε καὶ πρώην οἱ λόγοι γίνονται. τότε γαμικῶς ἐχορεύομεν, νῦν ἐλεεινῶς ἐπὶ τῷ πένθει στενάζομεν. τότε ἐπιθαλάμιον,

2 cf Rom 12, 5 et sim 11-12 cf Plat Resp 533d; Eph 1, 18, translatio frequens apud Gregor, cf ex. gr. De infant 177D; In beat 1269C (Migne); In Cant p 4, 4; In inscr Psal p 41, 16; De virg p 292, 11 (Jaeger) 15 cf Matth 5, 14; Phil 2, 15; cf ex. gr. Vit Moys p 95, 17-21; In Steph II p 728 B-729 B

ΣSE WM (inde a 5 (πά)θους) **OT C SyR** 1 (στρατη)γῶν sscr γήσων N^2 (vid praef) 3 ἦν om C 4 ἑαυτοῦ C 6-7 οὗτοι—πατρὶ om Σ 7 ὀδυράμενοι E (ὀδυρ)ό(μ.) in corr M^1 8 βιάσωμαι scripsi cum F (vid praef): βιάσομαι codd v 9-10 τῇ pr—ἀφασίᾳ om S 10 ἀσαφείᾳ ET 11 ἐκ: κατὰ v 12 γνόφῳ: ζόφω ΣSE κεκαλυμένοις (sic) Σ: κεκαλυμμένος cett v 13 καὶ om Σ σκοτεινὴν καὶ βαθείαν (sic) ταύτην SE 14 νεφέλην ante 13 τῆς coll ΣSE λύπης: αὐτῆς Σ αὐγῆς E ἀναδείξῃ ΣT (-ξ)ει e corr, ut vid, M 15 ἡ om SE 16 ἡμῖν ΣMOTv καταδύντος M^3T: -δυέντος ΣSEC, vid infr p 444,3 et In Eccles p 293,5 -δύναντος MOv ὢ κακῆς: κἀκτῆς (sic) Σ 18 πῶς ἀπεναντίων ἡμῶν SE (ἐπεναντίον) ἀπεναντίας T τόπῳ: πως (sic) C 19 γαμικῶς: γὰρ ἱκανῶς Σ post νῦν add δὲ ΣSyR 20 πένθει: πάθει ΣSE

νῦν ἐπιτάφιον ᾄδομεν. μέμνησθε γὰρ ὅτε τὸν πνευματικὸν γάμον ὑμᾶς εἱστιάσαμεν τῷ καλῷ νυμφίῳ συνοικίζοντες τὴν
853 M. παρθένον, ὑμᾶς, καὶ τὰ τῶν λόγων ἕδνα κατὰ δύναμιν ἡμῶν εἰσηνεγκάμεθα εὐφραίνοντες ἐν τῷ μέρει καὶ εὐφραινόμενοι. ἀλλὰ νῦν εἰς θρῆνον ἡμῖν ἡ χαρὰ μεθηρμόσθη καὶ ἡ τῆς εὐφροσύνης περιβολὴ σάκκος ἐγένετο. ἦ τάχα σιωπᾶν ἔδει τὸ πάθος καὶ ἔνδον ἀποκλείειν τῇ σιωπῇ τὴν ἀλγηδόνα, ὡς ἂν μὴ διοχλοίημεν τοὺς υἱοὺς τοῦ νυμφῶνος οὐκ ἔχοντες τὸ φαιδρὸν τοῦ γάμου ἔνδυμα ἀλλὰ μελανειμονοῦντες τῷ λόγῳ; ἐπειδὴ γὰρ ἀπήρθη ἀφ' ἡμῶν ὁ καλὸς νυμφίος, ἀθρόως τῷ πένθει κατεμελάνθημεν, καὶ οὐκ ἔστι συνήθως καταφαιδρῦναι τὸν λόγον τὴν κοσμοῦσαν ἡμᾶς στολὴν τοῦ φθόνου ἀποσυλήσαντος. πλήρεις ἀγαθῶν πρὸς ὑμᾶς ἀπηντήσαμεν· γυμνοὶ καὶ πένητες ἀφ' ὑμῶν ὑποστρέφομεν. ὀρθὴν εἴχομεν ὑπὲρ κεφαλῆς τὴν λαμπάδα πλουσίῳ τῷ φωτὶ καταλάμπουσαν· ταύτην ἐσβεσμένην ἀνακομίζομεν εἰς καπνὸν καὶ κόνιν διαλυθέντος τοῦ φέγγους. εἴχομεν τὸν θησαυρὸν τὸν μέγαν ἐν ὀστρακίνῳ τῷ σκεύει· ἀλλ' ὁ μὲν θησαυρὸς ἀφανής, τὸ δὲ ὀστράκινον σκεῦος κενὸν τοῦ πλούτου τοῖς δεδωκόσιν ἐπανασῴζεται. τί ἐροῦσιν οἱ ἀποστείλαντες; τί ἀποκρινοῦνται οἱ ἀπαιτούμε-

5 cf Lam 5,15 (et supr p 442, 19 ἐχορ.); Iac 4, 9; Am 8, 10 5-6 cf Is 61, 10 8 cf Matth 9,15 par 8-9 cf Matth 22, 11-12 9-10 cf Matth 9, 15 par 11 et 9 (μέλας) cf Lam 4, 8; Ier 14, 2; 8, 21; Iob 30, 30 (var lect LXX) 13 (ἀπηντ.) cf Matth 25, 1.6 15 cf Matth 25, 1-12 16-17 cf Matth 25, 8 17-18 cf II Cor 4, 7 20 cf Matth 25, 34.37

ΣSE MOT C SyR 1 ᾄδωμεν C ὅτε: ὅτι Σ 2 ὑμᾶς ante γάμον coll MOTv ἡστιάσαμεν Σ εἱ(στ.) e corr M^1 εἰσοικίζοντες Ov 3 ὑμᾶς om SEMOTv, sed cf ex. gr. In Cant p 108, 13 τὸν λόγον O (corr O^2) 3-4 εἰσηνεγκάμεθα M^3Tv: εἰσενεγκάμεθα cett 5 ἡ alt om Σ 6 τὸ πάθος om SyR 7 ἐναποκλείειν ΣS τῇ σιωπῇ post ἀλγηδόνα coll SE, propter claus maluit Langerbeck ὡς: ἕως SE 8 τοῖς υἱοῖς ST 11 οὐκ ἔστι: οὐκέτι SE καταφαιδρύνει SE 13 πρὸς ὑμᾶς om Σ ἀπηντήκαμεν MOTv 16 ἀπεσβεσμένην C 16-17 ἀναλυθέντος ΣSE 17 ἔσχομεν MOv ἔχομεν T post θησαυρὸν add τοῦτον SE, cf II Cor 4,7 18 τῷ om MOTv 19 ἀνασώζεται Σ 20 ἐροῦμεν MOTv

νοι; ὢ πονηροῦ ναυαγίου. πῶς ἐν μέσῳ τῷ λιμένι τῆς ἐλπίδος ἡμῶν ἐναυαγήσαμεν; πῶς ἡ μυριοφόρος ὁλκὰς αὐτῷ πληρώματι καταδῦσα γυμνοὺς ἡμᾶς τούς ποτε πλουτοῦντας κατέλιπεν; ποῦ τὸ λαμπρὸν ἱστίον ἐκεῖνο τὸ τῷ ἁγίῳ πνεύματι διὰ παντὸς εὐθυνόμενον; ποῦ τὸ ἀσφαλὲς τῶν ψυχῶν ἡμῶν πηδάλιον, δι' οὗ τὰς τρικυμίας τὰς αἱρετικὰς ἀπαθῶς παρεπλέομεν; ποῦ ἡ ἀμετάθετος τῆς γνώμης ἄγκυρα, ᾗ μετὰ πάσης ἀσφαλείας πεποιθότες ἀνεπαυόμεθα; ποῦ ὁ καλὸς κυβερνήτης ὁ πρὸς τὸν ἄνω σκοπὸν διευθύνων τὸ σκάφος; ἆρα μικρὰ τὰ συμβάντα καὶ μάτην παθαίνομαι; ἢ μᾶλλον οὐκ ἐφικνοῦμαι τοῦ πάθους, κἂν ὑπερφωνήσω τῷ λόγῳ; χρήσατε ἡμῖν, ἀδελφοί, χρήσατε τὸ ἐκ συμπαθείας δάκρυον. καὶ γὰρ ὅτε ὑμεῖς ηὐφραίνεσθε, ἡμεῖς τῆς εὐφροσύνης ὑμῖν ἐκοινωνήσαμεν. οὐκοῦν ἀπόδοτε ἡμῖν τὸ πονηρὸν τοῦτο ἀντάλλαγμα. Χαίρειν μετὰ χαιρόντων, τοῦτο ἡμεῖς ἐποιήσαμεν· Κλαίειν μετὰ κλαιόντων, τοῦτο ὑμεῖς ἀνταπόδοτε.

1-10 cf ex. gr. Vit Moys p 5, 10-6, 4; In Cant p 340, 17-342, 8; De virg p 341, 2-10 (Jaeger) et infr p 455, 7-8: fontes symboli maris cum biblicos tum paganos invenies apud H. Rahner, Das Meer der Welt, ZKTheol 66, 1942, p. 89sqq 5-6 et 7-8 cf Hebr 6, 19 et 17 6 cf Eph 4, 14; de mari haeresin significante cf locos apud Rahner p 114-117 collectos 9 cf Col 3, 1-2 et infr p 446, 12-13 15-16 Rom 12, 15

ΣSE MOT C SyR 1 πῶς: ὡς ΣS Sy(R def) 2 ἡμῶν om Σ πῶς: ποῦ Σ post αὐτῷ add τῶ MOT(το, sic, in marg) v αὐτῷ: σὺν τῶ S (ὁλκὰς), — αὐ(τῶ πλ.) sup ras E² 3 (καταδῦ)σα e corr E² καταδυεῖσα ΣMC, cf supr p 442, 16 4 κατέλειπεν ΣC (e corr) ἐκεῖνο ἱστίον SE 5 διαπόντιον SE εὐθυνούμενον (sic) M(corr M³) ἰθυνόμ. SOv Gregorius et alibi (cf ex. gr. infr p 478, 5) incertum est utrum εὐθυν. an ἰθυν. praetulerit 6 αἱρετικὰς τρικυμίας S (om τὰς alt) 7 διεπλέομεν Σ 8 ante ᾗ add ἐν SE SyR πεποιθότες: πεπονηκότες MOTv om SE ἀναπαυόμεθα M(sscr ε M³) 10 παθαίνομαι: πενθῶ· ἢ ἐν πάθει ἀσχολοῦμαι SE, e lexico fluxisse vid 13 ηὐφραίνεσθε ΣE: εὐφραίνεσθε cett v τῇ εὐφροσύνῃ Σ (corr m inc) 14 ὑμῖν: ὑμῶν SyR v Kr ἡμῖν post πονηρὸν coll C 15-16 πεποιήκαμεν SE

ἐδάκρυσέ ποτε ξένος λαὸς ἐπὶ τοῦ πατριάρχου Ἰακὼβ καὶ τὴν ἀλλοτρίαν συμφορὰν ᾠκειώσατο, ὅτε τὸν πατέρα ἐξ Αἰγύπτου οἱ ἀπ' ἐκείνου μετακομίσαντες πανδημεὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ συμφορὰν ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας κατωλοφύραντο ἡμέραις τριάκοντα καὶ τοσαύταις νυξὶ τὸν ἐπ' αὐτῷ θρῆνον συμπαρατείνοντες. μιμήσασθε τοὺς ἀλλοφύλους οἱ ἀδελφοὶ καὶ ὁμόφυλοι. κοινὸν ἦν τότε τῶν ξένων καὶ τῶν ἐγχωρίων τὸ δάκρυον· κοινὸν ἔστω καὶ νῦν, ἐπεὶ καὶ τὸ πάθος κοινόν. ὁρᾶτε τοὺς πατριάρχας τούτους· πάντες οὗτοι τέκνα τοῦ ἡμετέρου εἰσὶν Ἰακώβ. ἐξ ἐλευθέρας οἱ πάντες. οὐδεὶς νόθος οὐδὲ ὑπόβλητος. οὐδὲ γὰρ ἦν θέμις ἐκείνῳ δουλικὴν δυσγένειαν ἐπεισάγειν τῇ εὐγενείᾳ τῆς πίστεως. οὐκοῦν καὶ ὑμέτερος ἐκεῖνος πατήρ, διότι τοῦ πατρὸς ἦν τοῦ ὑμετέρου πατήρ.

